ΕΙΣ ΑΡΤΕΜΙΝ.

*18. [113.]

Ἐπαμμένα πέρι δέρματα θηρῶν.

*19.

Οὐδὲ τῶ Κνακάλω οὐδὲ τῶ Νυρσύλα.

Fr. 16. Athen. XV 681 A: *Μνημονεύει αὐτοῦ (τοῦ ἑλιχρύσου) Ἀλκμὰν ἐν τούτοις· καί τιν' εὔχ. κτλ.* — V. 1. *καὶ τὶν* scripsi, Casaubonus *καί τιν*, vulgo *καί τιν'*. — *εὔχομαι*, Hecker *ἔρχομαι*. — *φέροισα* A, *φέροισαν* Cant. L. — V. 2. *πυλεῶνα κήρατῶ* Boissonade, *πυλέωνα ἀκηράτω* Casaubonus (quod probans Hartung *καὶ κυπαίρω* scripsit), *πύλεω ἀκηράτων* Cant. L. — V. 3. *κυπαίρω* Welcker, *κυπέρω* libri, cf. Eust. Od. 1648, 7: *καὶ κύπειρον κύπαιρον παρ' Ἀλκμᾶνι.* atque etiam apud Homerum Il. Φ 351 *αἱ ἐκ τῶν πόλεων* hanc formam suppeditabant. Ex hymno in Iunonem haec esse petita docet Athen. XV 678 A: *Πυλεών· οὕτως καλεῖται ὁ στέφανος, ὃν τῇ Ἥρᾳ περιτιθέασιν οἱ Λάκωνες, ὥς φησι Πάμφιλος.*

Fr. 17. Apollon. de pron. 356 B: *Ἡ σέο μεταβάλλει τὸ σ εἰς τὸ τ παρὰ Δωριεῦσιν, Ἀλκμάν· ἐμὲ Λατοίδα τέο δ' αχοσχορον.* quod correxi; *δαυχνοφόρον* i. e. *δαφνηφόρον*: quamquam alia quoque tentari possunt, velut *τέο δέκευ χορόν*, vel *τέο τ' ἀγάλλοις χ.*, ut ex hymno in Dianam sit. Hermann coni. *Ἀλκμὰν ἐν ε'· Λατοίδα, τέο δ' ἀρχέχορον*, cf. inscriptionem Lesbiacam ap. Conze (Iter Lesb.) tab. XVII 1: *τᾶς τε Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος Μαλέοντος* (corr. *Μαλόεντος*) *ἀρχίχορον*. Schneidewin *τέο λάχος χορόν*.

Fr. 18. Schol. Hom. Il. Φ 485: *ἐναίρειν, φονεύειν ἢ σκυλεύειν· περιάπτεται γὰρ (ἡ Ἄρτεμις) νεβρίδας· Ἀλκμάν· ἐπάμεναι παρὰ δ. Θ.* Scripsi *ἐπαμμένα πέρι*, (Hartung *ἐπειμένα πέρι* praeoptavit.) et iam Welcker *ἐπαμμέναι* coniecit.

Fr. 19. Schol. Hephaest. p. 77 ed. 2 Gaisf.: *Ἡλιόδωρος δέ φησι κοσμίαν εἶναι τῶν παιωνικῶν τὴν κατὰ πόδα τομήν, ὅπως ἡ ἀνάπαυσις διδοῦσα χρόνον ἐξασήμους τὰς βάσεις ποιῇ καὶ ἰσομερεῖς ὡς τὰς ἄλλας. οἷον· οὐδὲ τῶ κνακάλω οὐδὲ τῶ νυρσύλα. Alcmanis* haud dubie est versus, ex carmine aliquo in *Dianam* petitus, quod testificatur Menander, cuius locum infra fr. 21 adscripsi: et quod ille dicit

20. [18.]

Θριδακίσκας τε καὶ κριβάνας νῶντος.

ΕΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΑΝ. 841

21. [33.]

Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περιρρύταν.

(ΠΑΙΑΝ.)

22. [37.]

_ ⏑ ⏑ _ ⏑ ⏑ _ ⏓
⏑ _ _ ⏑ ⏑ _ ⏑ ⏑ _ ⏓
⏑ ⏑ _ _ ⏑ ⏑ _ _

poetam excitare deam ex plurimis montibus, fluviis, urbibus, plane convenit: nam Cnacalus Arcadiae mons Dianae sacer, vid. Paus. VIII 23, 4: *Καφυάταις δὲ ἱερὰ Θεῶν Ποσειδῶνός ἐστι καὶ ἐπίκλησιν Κνακαλησίας Ἀρτέμιδος· ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ ὄρος Κνάκαλος, ἔνθα ἐπέτειον τελετὴν ἄγουσι τῇ Ἀρτέμιδι.* A rupium colore videtur mons nomen traxisse, quemadmodum etiam in Laconica prope Lan fuit *ὄρος Κνακάδιον* Paus. III 24, 6. Alterum nomen *Νυρσύλα* vel montis vel fluvii fuisse videtur. Male Westphal hiatu offensus, qui satis habet excusationis, *οὐδὲ τῶν κνωδάλων οὐδὲ τῶν * υρούλων.*

Fr. 20. Athen. III 114 F: *Αἱ δὲ παρ' Ἀλκμᾶνι Θριδακίσκαι λεγόμεναι αἱ αὐταί εἰσι ταῖς Ἀττικαῖς Θριδακίναις* (cf. Hesych. *Θριδακίναι*) *λέγει δὲ οὕτως ὁ Ἀλκμάν· Θριδακίσκα* (ita AC, *Θριδακίσκαι* B, *Θριδακίσκας* PVL) *τε καὶ κριβανωτός* (P *κριβανωτώς*)· *Σωσίβιος δ' ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκμᾶνος κρίβανα φησὶ λέγεσθαι πλακοῦντάς τινας τῷ σχήματι μαστοειδεῖς*, ubi *κριβάνας* pro *κρίβανα* scribendum esse docet alter locus Athenaei, adde Hesych. *κριβάνας· πλακοῦντάς τινας.* Antea scripsi .. *Θριδακίσκα καὶ κριβανωτώς* ... in iambos haec redigens, sed Alcmanem *Θριδακίσκαν*, non *Θριδακίσκον* dixisse ipse Athenaeus confirmat: Sed locus nondum in integrum restitutus, fortasse scribendum *Θριδακίσκας τε καὶ κριβανωτὸς* (vel *-τὼς*) *φέρε*, vel quod magis placet *Θριδακίσκας τε καὶ κριβάνας νῶντος*, cf. Photius *νῶντος· σωρεύοντος*, itaque hoc recepi. Versus est creticus, quem ut hymno in Dianam adscriberem non tam prioris fr. 19 similitudo fecit, sed Athenaei locus XIV 646 A: *κριβάνας* (PLV *κυριβάνας*) *πλακοῦντάς τινας ὀνομαστικῶς Ἀπολλόδωρος παρ' Ἀλκμᾶνι· ὁμοίως καὶ Σωσίβιος ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκμᾶνος, τῷ σχήματι μαστοειδεῖς φάσκων εἶναι αὐτούς· χρῆσθαι δ' αὐτοῖς Λάκωνας πρὸς τὰς τῶν γυναικῶν ἑστιάσεις, περιφέρειν τε αὐτούς, ὅταν μέλλωσιν ᾄδειν τὸ παρεσκευασμένον ἐγκώμιον τῆς παρθένου αἱ ἐν τῷ χορῷ ἀκόλουθοι.* ubi *παρθένος* haud dubie Diana dicitur.

Fr. 21. Strabo VIII 340: *Καὶ Ἀλκμάν· Κύπρον κτλ.* Eadem Eust. Il. 305, 34. Respicit huc Menander Walzii Rhet. IX 135: *Μέτρον μέντοι τῶν κλητικῶν ὕμνων ἐν μὲν ποιήσει ἐπιμηκέστερον· ἅμα μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν τόπων ἔξεστιν τοὺς θεοὺς ἐπικαλεῖν ὡς παρὰ Σαπφοῖ καὶ τῷ Ἀλκμᾶνι πολλαχοῦ εὑρίσκομεν· τὴν μὲν γὰρ Ἄρτεμιν ἐκ μυρίων ὀρέων, μυρίων δὲ πόλεων, ἔτι δὲ ποταμῶν ἀνακαλεῖ· τὴν δὲ Ἀφροδίτην Κύπρου, Κνίδου, Συρίας, πολλαχόθεν ἀνακαλεῖ κτλ.*

Fr. 22. Strabo X 482: *τὰ δὲ συσσίτια ἀνδρεῖα παρὰ μὲν τοῖς Κρη-*

Φοίναις δὲ καὶ ἐν θιάσοισιν
ἀνδρείων παρὰ δαιτυμόνεσσιν
πρέπει παῖνα κατάρχειν.

23.

824

Insignes hae reliquiae carminis Parthenii ex Aegyptiacorum sepulcrorum situ in lucem protractae sunt: repperit hoc chartae fragmentum Mariette anno 1855 in sepulcro, quod fuit haud ita procul a secunda Pyramide, eamque chartam Eggero permisit qui, postquam Brunet de Presle recte perspexit Alcmanis esse versus, edidit in libro, qui inscriptus est: *Mémoires d'histoire ancienne et de philologie* Parisiis 1863 p. 159 seqq.

Paginae sunt tres, sed primae paginae pars sinistra abscissa ita ut nullus versus sit integer; tertiae paginae deterrima est conditio, nam etiam postquam iteratis studiis examinata est illa pars, plurima incerta; commode igitur accidit, ut certe media pagina fere integra sit servata. In pag. I et II 34, in III 33 versus leguntur. Addita sunt in marginibus*) scholia, lectu difficiliora ut fieri solet et partim evanida. Apparet autem haec ex amplis veterum grammaticorum commentariis in breviarium redacta et selecta esse: nam difficillima haec poemata, si quae alia, interpretum industriam exercuerunt: sed integrum commentarium non capiebant harum paginarum angustiae.

Eggerus quidem satis habuit apographum chartae litteris minusculis publici iuris facere, paucis quibusdam locis poetae verba instaurare vel interpretari conatus: sed continuo B. ten Brink in Philologo XXI p. 126 seq. negotii difficultate haud

---

σὶν καὶ νῦν ἔτι καλεῖσθαι (*λέγει Ἔφορος*), *παρὰ δὲ τοῖς Σπαρτιάταις μὴ διαμεῖναι καλούμενα ὁμοίως πρότερον· παρ' Ἀλκμᾶνι γοῦν οὕτω κεῖσθαι· Φοίναις . . . κατάρχειν.* — V. 1. *Φοίναις, φοίνες* B (ex corr. *φθοίναις*, ut K), *θοίναις* n (a m. s.) o, *φοίνινες* CDhis. — V. 2. *ἀνδρείων, ἀνδρίων* BCDhi, *ἀνδρεῖων* Meineke. — *παρὰ*, Cobet *παρ.* — V. 3. *πρέπει* Ursinus, vulgo *πρέπε.*

---

*) In pag. II 24, 25, 26 etiam intervalla versuum adnotationibus interpretum recipiendis inserviunt. Praeterea in ima margine alia leguntur, quae quorsum spectent, incompertum velut sub p. I

ΝΟΙΚΑΤΤΟΙ·
Θ . . ΝΟ . . ΟΝ

Et haec quidem maiore interstitio diremta sunt a poetae versibus p. I et II, sed p. III scholiis subscriptis contigua.

deterritus Alcmanis has reliquias in integrum restituere pro viribus aggressus est; et nonnulla quidem recte emendavit, sed alia levissimis coniecturis tentavit, neque potuit inceptus labor succedere, quandoquidem falsam concepit opinionem, non continui carminis partem esse servatam, sed a grammatico aliquo ex diversis carminibus haec decerpta et pro arbitrio coniuncta esse. Ipse de his Alcmanis reliquiis primum disserui in Philologo XXII p. 1 seq., tum retractavi et inserui editioni 3 Lyricorum poetarum, denique in addendis exhibui has paginas litteris maiusculis, usus exemplo, quod a 1865 editum est in sylloge chartarum Parisinarum (*Notices et extraits de Manuscrits* T. XVII 2 p. 416 seq. n. 71; ipsius chartae exemplum exhibet tab. 2). Hoc exemplum, quamvis non potuerit plane desideriis nostris satis facere, quandoquidem lithographi opera usi sunt editores, insigni et fide et cura confectum esse apparet. Nunc demum licuit non solum penitus persentiscere, quam difficile sit chartae litteras rudi admodum librarii manu exaratas expedire, sed etiam chartae habitu cognito propius accedere ad veram scripturam indagandam: itaque illo exemplo usus quantum per temporis angustias licuit, nonnulla rectius administravi, quam antea, ubi praeter unum Eggeri apographum nullum criticam artem factitanti fuit instrumentum.

Iam post meam qualemcunque operam in his Alcmanis reliquiis instaurandis collocatam alii certatim studia sua huc contulerunt, velut Ahrens in Philologo XXVII 241 seq. et 577 seq. et Blass in Museo Rhenano XXIII p. 545 seq. et XXV p. 177 [et in Herma XIII p. 15 seq. et XIV p. 466 seq.] qui a. 1869 [et 1877] ipse Parisiis chartam denuo examinavit et inprimis in pag. III plurima expedivit. Praeter hos de Alcmanis poemate optime meritos memorandus Christ, qui in Philologo XXIX 211 seq. de aliquot locis disputavit, et Canini, qui Parisiis a. 1870 commentationem edidit (*Fragment du parthénée d'Alcman restauré, commenté et traduit*), qui denuo diligenter nec sine fructa chartae scripturas pervestigavit. [De scholiorum reliquiis cf. Blass in Herma XIII.]

Alcmanis has reliquias esse planissime docent veterum grammaticorum testimonia, vide ad p. I v. 6 et p. II v. 27. 30. 31, atque etiam si testium auctoritate destituti essemus, nemo opinor dubitaret haec Laconico poetae vindicare. Egger insigne hoc poematis fragmentum, quod versibus CI constat, hymno in Dioscuros adscripsit, quem antea secutus sum: etenim p. I v. 6

Εὐτείχη τε Ϝάνακτά τ' ἀρήιον

qui iam dudum ex Crameri Anecdotis Oxoniensibus innotuit, a me praeeunte Schneidewino ad hoc carmen relatus fuit: spectat enim versiculus, ut scite animadvertit Schneidewin, ad Hippocoontidarum caedem, quam Alcmanem in libro I enarravisse auctor est schol. Clem. Alex., itaque secundo carmini libri I sive prooemio in Castores probabili, ut tunc videbatur, ratione attribuimus istum versiculum. Verum postquam Ahrens ostendit, poematis huius Parthenii strophae quemadmodum fuerint aedificatae, ista opinio omnino abiicienda: nam cum harum stropharum diagrammate reliquiae prooemii in Castores nequeunt conciliari, neque verisimile Parthenia primo libro inserta fuisse.

Carmen hoc quoniam exordio orbatum est, cui deo deaeve dedicatum fuerit ignoramus, nam ex fabularis narrationis, quae inserta est, indole non satis tuto coniecturam capias. Fortasse carmen Dianae Orthiae destinatum, siquidem p. II v. 27 recte huius deae nomen restitui, ac nisi fallor sacris vigiliis virginum chorus hoc carmen canebat, vid. praeterea p. II v. 28: quemadmodum etiam Athenis virgines Minervae pervigilium choreis celebrabant, vid. Eurip. Heracl. 781: *ὁλολύγματα παννυχίοις ὑπὸ παρθένων ἰακχεῖ ποδῶν κρότοισιν.*

Veteres grammatici cum melicae poesis varia genera recensent, primum carmina in deorum honorem scripta, tum hominum laudibus destinata enumerant, denique poemata, quorum duplex fuit argumentum, quae ut Proclus dicit, *εἰς θεοὺς γραφόμενα καὶ ἀνθρώπων περιείληφεν ἐπαίνους*: quorsum refert *παρθενεῖα, δαφνηφορικά, ὀσχοφορικά, εὐκτικά**). Ac nunc demum ubi partem Parthenii Alcmanici reciperavimus, paulo planius perspicitur, quae indoles fuerit istorum carminum: sane et prima et extrema desiderantur, et quod aegerrime ferimus, carminis reliquiae magna ex parte tam male sunt habitae atque adeo obscurae, ut non liceat in integrum restituere: sed apparet poetam in priore parte, quae ad deorum religionem pertinebat, more tralaticio fabulam antiquitus traditam quamvis strictim enarravisse: tum serio argumento misso in rem praesentem audientes perducit, ludibundus ad chorum se convertit et in virginum laude versatur, tanta

*) *Ὑποχήματα* quae a principio deorum religioni per omnia inserviebant, postea in societatem eiusdem licentiae venerunt, quae in Partheniis cernitur.

libertate et audacia usus, ut vel iis locis, qui integri propemodum sunt servati, difficillimum sit poetae ingeniosissimi consilium satis assequi.

Cum primum has reliquias redintegrare conarer, dispares pericopas mihi videbar discernere, itaque carmen lege solutum esse existimabam: sed verissime animadvertit Ahrens carmen constare strophis XIV versuum, atque Blass idem assecutus est. Ita lege numerorum reperta iam licet etiam mutilatas et vitiatas carminis partes ad certam normam exigere. Neque veteres grammaticos strophicum esse carmen latuit, sed si fides habenda notiis in col. II additis*) strophas breviores et dispares discripserunt, ut strophae VIII versuum et strophae VI versuum alternis vicibus iterarentur. Comparet enim paragraphi nota — in col. II post v. 1 evanida quidem (. . .) sed non dubia, deinde post v. 9 et rursus post v. 15, ut plane appareat in charta stropham quartam in duas dispares strophas octonorum alteram, alteram senorum versuum diremtam fuisse. Tum paragraphus addita v. 25 et rursus v. 29, sed librarii negligentiam hic licet animadvertere qui debebat notam v. 23, non v. 25 subicere. Col. I nullas notas exhibet, quoniam sinistra margo perdita: sed librarii negligentia culpanda, quod nulla notarum vestigia in col. III comparent**), nisi quod v. 10, ubi nova stropha initium capit, legitur ⊦ΟΥΓΑΡΑ, quae nota metrica paragraphus vel *διπλῆ* potius esse videtur***), quam spiritus lenis index, qui negationi non solet addi. Verum haec notatio, quam in charta deprehendimus, insolens prorsus est: nam paragrapho utebantur in carminibus monostrophis, ubi eadem strophae species usque iteratur, ad strophas dirimendas †), sed in hoc carmine, ubi secundum veterum grammaticorum discriptionem dispares strophae alternis vicibus copulantur, strophae VIII versuum paragrapho —, stro-

*) Eggeri exemplum cum has notas non exhiberet, non potui iis uti: sed quod col. II 29 paragraphum additam esse testabatur, id indicio esse dixi, olim pericopas diremtas fuisse.

**) Quod tribus deinceps versibus 18, 19, 20 non subiecta, sed in margine addita videtur —, cavendum, ne fallaci specie decipiamur, nam scholia prioris paginae hoc loco cum poetae versibus propemodum coaluerunt.

***) Variatur enim nota paragraphi, ⊤ vel Γ, cf. Osann Anecd. Rom. p. 329.

†) Hephaest. p. 133: *παρὰ μὲν τοῖς λυρικοῖς, ἂν μὲν μονόστροφον τὸ ᾆσμα ᾖ, καθ' ἑκάστην τίθεται στροφὴν ἡ παράγραφος, εἶτα ἐπὶ τέλους τοῦ ᾄσματος ἡ κορωνίς.*

phae VI versuum ⌊_ sive *διπλῆ ἔξω νενευκυίᾳ* erant notandae, quemadmodum factum esse in alio Alcmanis carmine ipse Hephaestio testatur*), nisi quod ibi strophae pares praecedebant, dispares subsequebantur. Fortasse in archetypo strophae VI versuum paragrapho et dipla erant notatae — ⌊_, sed librarius compendi fecit.**)

Sed strophis XIV versuum usum esse Alcmanem argumento est, quod antiquae artis simplicitati convenienter curavit, ut novissimo versu sententia integra absolveretur, id quod nusquam est neglectum, quantum quidem coniecturam capere licet ex mutilatarum reliquiarum conditione: verum post v. 8 cum nullum sit interstitium sententiae col. II 9, indicio est, stropham non esse finitam, sed novam tantum periodum inchoari: duabus enim periodis una quaeque constat stropha, priore VIII versuum, altera VI.

Animadversione inprimis dignum, quod tres primae strophae quibus fabulare argumentum absolvitur, terminantur tetrapodia dactylica catalectica

– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ –

sed alterius partis strophae, quarum quidem clausulae integrae servatae, hoc loco ostentant tetrapodiam logaoedicam acatalecton

– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ⏑

Poetam dispares has species prorsus promiscue pro arbitrio adhibuisse non est verisimile, itaque conieci Alcmanem, quamvis per totum carmen easdem strophas usque repetiverit, clausulam in altera parte de industria variavisse. Verum postquam Blass chartam denuo examinavit et strophae 7 versu extremo haec sibi visus est legisse

. . ΑΙΝΑCÉΡΑΤ ĀCЄΤΤ ΠЄΒΑΝ

etiam in altera parte deprehendimus versum dactylicum. Sed vel sic arbitror poetam non temere haec variavisse. Fortasse carmen XII strophis constabat, sex strophis fabulare argumentum absolvebatur, totidem lusibus et lasciviae puellari erant destinatae. In utraque autem parte tres priores strophae versu logaoedico, tres posteriores versu dactylico terminabantur. Haec si tenemus, interciderunt ab initio tres strophae, in fine una de-

*) Hephaestionis locum postea adhibebo.

**) Notam hanc Anecd. Parisin. et Isidorus recensent: — ⌊ *aversa, quotiens strofae antistrofos infertur.*“

sideratur, ut integri carminis fuerint versus 168. Nam aequa lance diversa argumenta in eiusmodi carminibus pensitavisse Alcmanem colligo ex Hephaest. p. 139: *Ἡ δὲ διπλῆ ἡ ἔξω βλέπουσα, παρὰ μὲν τοῖς κωμικοῖς καὶ τοῖς τραγικοῖς ἔστι πολλή, παρὰ δὲ λυρικοῖς σπανία· παρὰ γοῦν Ἀλκμᾶνι εὑρίσκεται· γράψας γὰρ ἐκεῖνος δεκατεσσάρων στροφῶν ᾄσματα, τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ αὐτοῦ μέτρου ἐποίησεν ἑπτάστροφον, τὸ δὲ ἥμισυ ἑτέρου· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ ταῖς ἑπτὰ στροφαῖς ταῖς ἑτέραις τίθεται ἡ διπλῆ σημαίνουσα τὸ μεταβολικῶς τὸ ᾆσμα γεγράφθαι.**)

Nota X quae adscripta legitur in margine Col. II 25. 27 et fortasse 28, item col. III 30, indicio est scholia adiecta esse: quod II 28 et III 30 nunc scholia quae quidem ad illos versus revocari possint non comparent, non est mirum: aut oblitterata sunt, aut librarii socordia describere neglexit. Vicissim scholia plane eiusdem generis, quibus unum aliquod vocabulum explicatur, in charta leguntur, neque X in margine additum.**)

Hippocoontis et filiorum interitum Alcman potissimum eo consilio videtur enarravisse, ut ostenderet inevitabilem esse vindictam divinam, in epilogo (p. II) summam argumenti, ut solent graeci poetae, professus. In ipsa pugna praecipuas partes tribuit Castoribus, Herculis non fit mentio nisi forte in ea poematis parte, quae penitus perdita est.

De numero Hippocoontidarum dissentiunt veteres: Apollod. 825
III 10, 5 (vid. supra fr. 15) duodecim nominatim recenset, quos omnes interemtos esse dicit: Diodorus IV 33 viginti dicit, verum decem tantum una cum Hippocoonte occisos esse perhibet; sed praeterea *τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν παμπληθεῖς*: Hippocoontidarum numerus videtur auctus esse, ut congrueret cum Cephei filiis: sed hic quoque Diodorus cum Apollodoro (II 7, 3) non plane consentit, siquidem tres de viginti Cephei filiis sospites ac superstites fuisse prodidit. Alcman quid secutus sit incertum: novem Hippocoontidas nominatim memorat in iis versibus, qui sunt servati.

---

*) Ita hic locus corrigendus, legitur vulgo *ἔγραψε . . . ᾄσματα, ὧν τὸ μὲν ἥμισυ*, sed duo libri *γράψας*, itaque *ὧν* delevi, ac nescio an praeterea *ᾆσμα* pro *ᾄσματα* sit restituendum.

**) De hac nota disseruit Lehrs in libro de scholiis Pindaricis p. 110, ubi etiam chartae huius mentionem facit, sed inspicere et examinare neglexit: itaque vir doctissimus non dubitavit haec scribere: „Wo es einmal am Rande älterer Handschriften erscheinen sollte, ist es wohl von späterer Hand hinzugesetzt. Es soll in dem Pariser Papyrus des Alkmanfragmentes stehen."

Ex iis, quos recenset, *Enarsphorus, Sebrus, Euteiches, Eurytus* etiam ab Apollodoro enumerantur, *Lycaethus* ab ipso Alcmane additur, quattuor nomina de coniectura redintegrata, *Alcimus, Bucolus, Scaeus, Alcon*, quos Apollodorus et ex parte Pausanias testificatur. Illud inprimis memorabile, ab Alcmane hic eos potissimum recenseri, quorum memoriam monumenta vetusta Spartae servarunt, id quod Pausanias docet III 15, 1: *ἔστι δὲ* 826 *τῆς στοᾶς, ἢ παρὰ τὸν Πλατανιστᾶν πεποίηται, ταύτης ὄπισθεν ἡρῷα, τὸ μὲν Ἀλκίμου, τὸ δὲ Ἐναραιφόρου, καὶ ἀφεστηκὸς οὐ πολὺ Δορκέως* (*Δερκέως* Va)*· τὸ δὲ ἐπὶ τούτῳ Σεβροῦ· παῖδας δὲ Ἱπποκόωντος εἶναι λέγουσιν. ἀπὸ δὲ τοῦ Δορκέως* (MVa *Δερκέως*) *κρήνην τὴν πλησίον τοῦ ἡρῴου Δορκείαν, τὸ δὲ χωρίον τὸ* (aut delenda haec vocula, aut excidit aliquid) *Σέβριον* (scr. *Σεβρεῖον*) *καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ Σεβροῦ. τοῦ Σεβρίου δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ μνῆμα Ἀλκμᾶνος, ᾧ ποιήσαντι ᾄσματα οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήνατο τῶν Λακώνων ἡ γλῶσσα, ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον· Ἑλένης δὲ ἱερὰ καὶ Ἡρακλέους, τῆς μὲν πλησίον τοῦ τάφου τοῦ Ἀλκμᾶνος, τῷ δὲ ἐγγυτάτω τοῦ τείχους, ἐν αὐτῷ δὲ ἄγαλμα Ἡρακλέους ἐστὶν ὡπλισμένον· τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ἀγάλματος διὰ τὴν πρὸς Ἱπποκόωντα καὶ τοὺς παῖδας μάχην γενέσθαι λέγουσιν.* itaque Spartani Alcmanis monumentum eo ipso loco exstruxerunt, cui adhaerebat Hippocoontidarum memoria, quam poeta hoc carmine illustraverat. Erant praeterea alia Hippocoontidarum monumenta seorsim illa quidem sed haud ita procul condita, vid. Paus. III 14, 6: *ἐς τοῦτον τὸν δρόμον ἰόντι ἀπὸ τοῦ τάφου τῶν Ἀγιδῶν ἔστι μὲν ἐν ἀριστερᾷ μνῆμα Εὐμήδους* (*Ἱπποκόωντος δὲ καὶ οὗτος ὁ Εὐμήδης*)*, ἔστι δὲ ἄγαλμα ἀρχαῖον Ἡρακλέους, ᾧ θύουσιν οἱ σφαιρεῖς.* et ib. 7: *πρὸς δὲ τοῦ δρόμου τῇ ἀρχῇ Διόσκουροί τέ εἰσιν ἀφετήριοι καὶ ὀλίγον προελθόντι ἡρῷον Ἄλκωνος· τὸν δὲ Ἄλκωνα λέγουσιν Ἱπποκόωντος παῖδα εἶναι· παρὰ δὲ Ἄλκωνος τὸ ἡρῷον Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερόν, δωματίτην δὲ ἐπονομάζουσιν.*

Ut quae conditio sit chartae planius cognosci possit atque universae reliquiae carminis Alcmani in medio ponantur, etiam eae, quas infra repetere nolui, quoniam nimis mutilae ac male habitae sunt, subieci apographon ad exemplum Parisinum quanta potui cura et religione factum, sed tenendum est, multas litteras ambiguas et obscuras esse: ego singulis locis id secutus sum, ut eam speciem litterarum exhiberem, quae ad exempli similitudinem proxime accederet. Tertiae autem paginae integrum apographon a Blassio confectum exhibui. [Scripturae quas in charta extare Blass testatur etiam in pag. I et II receptae sunt.]

Pagina I. 827.

ΩΛΥΔΕΥΚΗϹ
⁻'ΛῨΚΑΙϹΟΝΕΓΚΑΜΟῨϹΙΝΑΛΈΓΩ
ΡϹΦΌΡΟΝΤΕΚΑΙϹΕΒΡΟΝΠΟΔΩΚΗ
ΝΤΕΤΟΝΒΙᾺΤᾺΝ
. ΤΕΤΟΝΚῸΡῪϹΤᾺΝ
ΤΕϜΆΝΑΚΤΆΤΑΡΉΪΟΝ
ΑΤΈΞΟΧΟ̄ΝΗΜΙϹΊΩΝ
ΝΤΟΝΑΓΡΟΤΑΝ
ΜΕΓΑΝΈΥΡΥΤΟΝΤΕ
ΠΏΡΩΚΛΟΝΟΝ
ΤΕΤῺϹΑΡΙϹΤῺϹ
ΑΡΉϹΟΜΕϹ
ΑΡΑΪ̄ϹΑΠᾺΝΤΩ̄Ν
ΓΕΡΑῚΤΆΤΟΙ
ΕΔϹΙΛΟϹΑΛΚᾹ
ΡΩΠΩΝΕϹΩΡΑΝΟΝ ΠΟΤΉϹΘΩ
ΡΗΤΩΓᾸΜΕΝΤΑΝΑΦΡΟΔῙΤΑΝ
⁻'Ν . ϹϹΛΝΉϯΤΙΝΑ
ΗΠΑΊΔΑΠ . ΡΚῺ
ΠΤΕϹΔΕΔΙΟϹΔ . ΜΟΝ
ϹΙΝΕΡΟΓΛΕΦΆΡῸΙ

οτι τοιαυτα (an *τοιαυτη*?) *η*
δια τον λυκαι
ον ου συνκατα
ριθ αλλο – ντιδαις | – – | ουμ – | του – | – – | η
(an *εσ*?) *τοιαυλω.ιοι. | τον λυκαϊαν. | χαι-*
τουσμ. πουσ|δηριτιδας λυ επ ο'νοματος λεγει

φερεκ̄ ενὰ
τ̀ιπποκωντι
αρηιτον μει....
τουνκ́ωλεωντα
.....
ο
δειτ ητ́αρηιτον
μ
ο αλκ αρηϊον.

ὅτι τὸν πόρον εἴρηκε τὸν αὐτὸν
τῶι ὑπὸ τοῦ Ἡσιόδου μεμυθευ-
μένωι χάει

[V. 2. Schol. *ὅτι τοιαῦτα φησὶν ἢ διὰ τὸ τὸν Λύκαων οὐ συγκαταραριθμεῖς θαι τοῖς ἄλλοις Ἱπποκωντίδαις — — ἤδοι* (an *ἔσται*?)· *οὐ μόνον τὸν Λύκαιον ἀλλὰ καὶ τοῦς λοιπούς. Δηριτίδας Λύκαιον ἐπ' ὀνόματος λέγει,,,* suppl. Blass.]

[V. 6. Schol. *Φερεκύδης ἕνα* (an *ἐν α'*?) *τῶν Ἱπποκωντιδῶν Ἀρήιτον — — ἢ τὸν Ἀρήιτον ὁ Ἀλκμὰν Ἀρήιον* suppl. Blass.]

[V. 7. „Vor ΤΈΞΟΧΟΝ ziemlich sicher ein Α." Blass.]

[V. 11. „Vor ΤΕ anscheinend Reste eines Α." Bl.]

[V. 13. „Eher ΑΡᾹΙϹΑ als ΑΙΑΙϹΑ." Bl.]

V. 15. Ahrens *ἔδειλος*, ita voluit librarius scribere, sed charta C non Є exhibet.

V. 17. ΓᾸΜΩ" ex. Par., extrema satis ambigua, fort. ΓᾸΜΕΩ". Blass ΡΗ . ΤΩΙΓΑΜΕΝ, adpungens Ω tanquam incertae lectionis. [„Der Punkt zwischen ΡΗ und ΤΩ zweifelhaft; nach der Photographie ΤΩ ohne Ι." Bl.]

ΤΑΤΟΙ
ΑΔΑΙΜΩΝ
ΦΙΛΟΙC
ΩΚΕΔΩΡΑ
ΓΑΡΕΟΝ
ΩΛΕCΗΒΑ
PONON
ΤΑΙĀC
ÉBĀ ΤΩΝΔΑΛΛΟCΙΩΙ
ΜΑΡΜΑΡΩΙΜΥΛΑΚΡΩΙ
ΕΝΑΙΔĀC αριστο αϊδας παμφιλ^{o} ἀιδας
ΑΥΤΟΙ
ΊΤΟΝ ĀΛΛΑCΤΑΔΕ

Pagina II. 828

ΕΡΓΑΠΑCΟΝΚΑΚΑΜΗCΑΜΕΝΟΙ
CΤΙΤΙCCΙΩΝΤΙCΙC α . χ . . τ αγιδους
ΟΑ . . Β . ΟCΟCΤΙCΕΥΦΡΩΝ χ αρι ο . .
. ΜΕΡΑΝ . . ΑΠΛΕΚΕΙ
. Κ . . . CΤΟC . ΕΓΩΝΔΑΕΙΔΩ
ĀΓΙΔΩ . CΤΟΦΩCΟΡΩ
ΡΩ + ΤΑΛΙΟΝΟΝΠΕΡĀΜΙΝ
ΑΓΙΔΩΜΑΡΤΥΡΕΤΑΙ
ΦΑΙΝΕΝ . ΕΜΕΔΟΥΤΕΠΑΙΝΕΝ : : : : : : : : : :

V. 30. Blass post ÉBĀ stigmen dubitanter agnovit, idem ΔΑΛΛΟCΙΩΙ, non ΔΑΜΟCΙΩΙ.

[V. 2. Schol. *ἀρχὴ τῶν Ἀγιδοῦς ἐπαίνων*? Bl.]

[V. 3. Schol. *Ἀρίσταρχος ὅδ' ὅλβιος*. Bl.]

[V. 5. „*ἄ*]*κλαυστος* scheint sicher". Bl.]

V. 7. Scholii, quod Egger hic exhibet, nullum vestigium in ex. Par., videtur hoc elicuisse ex schol. ad v. 9 adscripto. [„Das erste I scheint durchstrichen." Bl. — De scholiis ad vss. 9 et 14 cf. Blass Herm. XIII p. 19.]

ΟΥΤΕΜΩΜΕCΘΑΙΝΙΝ ΑΚΛΕΝΝΑΧΟΡΑ-ΟC
ΟΥΔΑΜΩC ΕΗΙ ΔΟΚΕΕΙΓΑΡΕΙΜΕΝΑΥΤΑ
ΕΚΠΡΕΠΗCΤΩCΩΙΠΕΡΑΙΤΙC
-ΝΒΟΤΟΙCCΤΑCΕΙΕΝ . ΠΠΟΝ
ΠΑΓΟΝ . ΕΘΛΟΦΟΡΟΝΚΑΝΑΧΑΠΟΔΑ
X . . . . Υ . ΟΠΕΤΡΙΔΙΩΝΔΝΕΙΡΩΝ
ΗΟΥΧΟΡΗCΟΜΕΝΚΕΛΗC — *ὅτι τὰ θαυμα-τα*
ΕΝΕΤΙΚΟC . ΑΔΕΧΑΙΤΑ — *στὰ καὶ τερατώδη οἱ*
ΤΑCΕΜΑCΑΝΕΥΙΑC — *ποιηταὶ εἰώθασι τοῖς*
ΑΓΗCΙΧΟΡΑCΕΠΑΝΘΕΙ — *ὀνείροις προσάπτειν καὶ*
. PYCOC . CAKΗΡΑΤΟC — *περ . . . ηου διὰ τὸ φαίνεσθαι*
ΤΟΤΑΡΓΥΡΙΟΝΠΡΟCΩΠΟΝ — *κατὰ τὸ[ν] ὄνειρον τοιαῦτα.*
ΔΙΑΦΡΑΔΑΝΤΙΤΟΙΑΕΓΩ — *ὑποπετρ]ιδί(ους) εἴρηκ[ε τοὺς*
'ΑΓΗCΙΧΟΡΑΜΕΝΑΥΤΑ — *ὑπὸ πέτ]ρα οἰκοῦντα[ς*
ΑΔΕΔΕΥΤΕΡΑΠΕΔΑΓΙΔΩΙΤΟΕΙΔΟC — *ἐν ἀδήλω] τόπω. παραγρά(φει)*
δα πέτρην ἠδὲ παρ ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων — *δὲ Ὅμ[ῆ]ρον ἐν τῇι Ὀδυσσείαι*
X ΙΠΠΟCΕΙΒΗΝΩΙΚΟΛΑΞΑΙ . CΑΡΑΜΕΙΤΑΙ — *πὰρ δ' ἴσαν ὠκεανοῖο ροὰς*
ΤΑΙΠΕΛΕΙΑΔΕCΓΑΡΑΜΙΝ — *καὶ λευκά*
αρστρον — *ὅ[τι ταῦ-*
X ΟΡΘΡΙΑΙΦΑΡΟCΦΕΡΟΙCΑΙC — *τα γένη ἐστιν . . . . . ικων ἵππων ε[ι]βην ταχεῖαν . . . . ἀκμήτην*

V. 10. Ahrens cum Eggero *κἀμέσθαι*, sed Blass MΩMÉCΘAI testatur, ego antea . ΩMÁCΘAI.

V. 11. Ahrens et Blass *οὐδαμῶς*.

V. 12. *ἐμπρεπής* etiam nunc mihi videor legere, Egger et Ahrens *εὐπρεπής*, Blass *ἐκπρεπής*, quod ex coniectura commendavi. Blass AITIC legi testatur.

V. 15. Init. ΤΩΝ legit Blass.

V. 22. *διαφραδαν* litterae ϱ haec species ,ρ, unde Ahrens et Blass expunctam esse animadverterunt.

[V. 24. ΠΕΔΑΓΙΔΩΙ m. pr.; das letzte I scheint doppelt dazustehn. Bei der Correctur ist I durch einen Querstrich getilgt und N darübergeschrieben; also mit Ahrens *Ἀγιδῶν*." Bl.]

[V. 25. „ΚΟΛΑΞΑΙΕC m. pr., das I nach ΞA ist durch einen dicken Querstrich getilgt; ob dann weiter E oder O folgt, ist nicht zu erkennen. So nach der Photographie; aus dem Original habe ich mir nur notirt, dass sich in den Circumflex über *α* der Schweif des P mischt, welches dem übergeschriebenen Scholion angehört (*παρ' Ἡελίοιο*)." Bl.]

/ ΝΥΚΤΑΔΙΑΜΙΡΟCΙΑΝΑΤΕC†ΡΙΟΝ
ΑCΤΙΟΝΑΥΕΙΡΟΜΈΝΑΙΜΑΧΟΝΤΑΙ
ΟΥΤΙΓΑΡΤΙΠΟΡΦΎΡΑC
ΤΟCCΟCΚΟΙΟCΩCΤΑΜΎΝΑΙ
ΟΥΤΕΠΟΙΚΊΛΟCΔΡΑΚΩΝ
ΠΤΑΝΧΡΎCΙΟCΟΥΔΕΜΙΤΡΑ
ΛΎΔΙΑΝΕΑΝΊΔΩΝ

αροτρον
ορθιαι φαρος Σωσιφάνης ἄροτρον. ὅτι
τὴν .. ζῶ και Ἀγησιχόραν περιστεραῖς ἱκάζουσιν

Pagina III. 829

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

ΙΑΝΟΙΝΚ . . . ΑΦΩΝΑΓΑΛΜΑ
ΟΥΔΕΤΑΙΝΑΝΝΩ̃CΚΌΜΑΙ
ΑΛΛΟΥΔΕΡΆΤΑ̃CΙΕΪΔΗC
ΟΥΔΕCΥ̃ΛΑ̃ΚΊCΤΕΚΑΙΚΛΕ̈ΗCΙCΗ̈ΡΑ
ΟΥΔ'ΕCΑ̈ΙΝΗCΙΜΒΡ΄. ΤΑCΕΝΘΟΊCΑΦᾺCΕΙ̃C
Α̃CΤᾺΦΙC . ΕΜΟῚΓΕΝΟΙΤΟ
ΚΑΙΠΟΤΗ . ΕΠΟΙΦΙ̃ΛΥΛΛΑ̃
ΔΑ̃ΜΑΙΠΑΤΕΡΑΤΑ̃ . ΕΪΑΝΘΕΜΊC
ΑΛΛΑΓΗCΙΧΌΡΑΜΕΤΗΡΕΙ
ΟΥΓΑΡΑ̈Κ . ΛΛΙCΦΥΡΟC

[V. 28. „Ob ΑΤΕCΙΡΙΟΝ oder ΑΓΕCΙΡΙΟΝ ist nicht auszumachen. Gestrichen ist das Ι vor Ρ und nach der Photographie auch das Ρ selbst; von der voranszusetzenden Correctur *σηριον* finde ich nichts.“ Bl.]

[Ante v. 1 legitur scholion versuum sex — — | — — | — — *μοι.* | — — *οὐδὲ ταὶ Ναν*[*νῶς κόμαι* | — — *συλακιστικλεησισηρ*[*α* | — — *φιλυ*[*λλα*] *ἁδαμαιπα ἀ ιανθεμ*[*ις*. Ceterum cf. de omnibus huius paginae versibus Blass, Herm. XIII p. 20 sqq. et XIV p. 466 sqq.]

ΓΑΓΗCΙΧ....ΑΡ' ΑῪΤΕΙ̃ — ν α αυτου
ΑΓ̀ΙΔΟΙ̃.Ε..ΑΡΜΈΝΕΙ — τ'. ρ στασικλης
ΘῺCΤΉΡ....ΑΜΕΠΑΙΝΕῚ — θωστηρια εορ
ΑΛΛΑΤΑ̃Ν...ΩΝῚΟῚ
X ΔΕΞΑCΘΕ..ΠΟΝ.ΤΙΑ̃ΝΑ̃ — ὅτι τὸ ἄνα ἄνυσις
ΚΑΙΤΕΛΟC...ΑΎCΤΌΤΙC
ΕΙΠΟΙΜΊΚ'ΑΠΑΝΜΕΝᾺΥΤΑ̃
ΠΑΡCΕΝΟCΜΆΤΑ̃ΝΑΠΩΡΝΩΒ̂ΕΒ̂ΑΚΑ
ΓΛΑΎΞ·ΕΓΩ.ΔΕΤΑΙ̂ΜΕΝΑ̃ΩΤῚΜΑΛΙCΤΑΙ
ΑΝΔΆΝΗΝΕΡΩ̃ΠΟΝΩΝΓΑΡ — ἀρέσκειν ἐπιθυμῶ
ΑΜΙΝῚΑΤΩΡ..ΕΝΤΟ
ΕΞΑΓΗCΙΧΟΡ..ΔΕΝΕΆΝΙΔΕC
ΑΙΝΑCΈΡΑΤΑ̂CΕΠΕΒΑΝ
.ΙΤΕΓΑΡCΤ̂.ΝΦΌΡΩΙ
..ΤΩ̃CΕΔ...ΚΕΡΆΜΑΙ
Τ.ΙΚΥΒΕΡΝΑΤΑΙΔΕΧ.Ν
Η·ΝΝᾺΙΜΟΛΟΙ̃Ἡ..ὪΚΑ — ναΐ ναῖ αρι...
ΑΔΈΤΑ̂ΝΣΗΡΗΝ..ΩΝ
ΑΟΙΔΟΤΕΡΑ̃Κ·ΕΧΜ
X CΙΟῚΓΑΡ·ΑΝΤῚΔ . . . . . .
ΠΑΙΔΩΝΔΕΚ.....ΔΕ. . . . . .
ΦΘΕΓΓΕΤΑΙΔ..Ω.ΕΠΙΞΑΝΘΩΡΟΑΙC — ο χ.ηκε
ΚΥΚΝΟC·ᾺΔΕ.ΔΕΙΜΕΡΩΙΞΑΝΘΑ̂Ι ΚΟΜΙCΚΑΙ — αλλα δια το τον χ

χοροτεμενε. ια̅ παρθενων οτε δε εκ ι̅ φη ουν
την χορηγον α...γκ..αντι ια̅ αιειν ι̅ εξην γαρ α?
αριθμον ειπειν — τον αριθ
παρθενων — — ιτωι —
αδ.αιολυμπω — —
ΙΘ̅

[V. 11. Schol. ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ πάρεστι Στασικλῆς? Bl.]

[V. 27. Schol. ναΐ· νᾷ Ἀριστοφάνης? Bl.]

[V. 30. Schol. ἀλλὰ διὰ τὸ τὸν χορὸν ὁτὲ μὲν ἐξ ἕνδεκα παρθένων ὁτὲ δὲ ἐκ δέκα· φησὶν οὖν τὴν χορηγὸν ἀναγκάσαι ἀντὶ ἕνδεκα ᾄδειν δέκα· ἐξὴν γὰρ αὐτῇ τὸν ἀριθμὸν εἰπεῖν κτέ. suppl. Blass.]



στρ. α'. 830

. . . . . .

. . . . Πωλυδεύκης. P. I.

οἷον οὐ Λύκαισον ἐν καμοῦσιν ἀλέγω,

. . . . Ἐναρσφόρον τε καὶ Σέβρον ποδώκη,

Βωκόλον τε τὸν βιατάν,

5 . . . . . τε τὸν κορυστάν, 5

Εὐτείχη τε, Ϝάνακτα τ' ἀρήιον

. . . . . ἔξοχον ἡμισίων.

στρ. β'. . . . . τὸν ἀγρέταν 831

V. 1. *Πωλυδεύκης*, facile apparet cur hic prosodiae nota sit addita, qua alias H et Ω carent. — V. 2. *οἷον οὐ*] *Λύκαισον ἐν καμοῦσιν ἀλέγω*, ita versum supplevi, et litterae Y etiam vestigium in charta paret. Poeta videtur antea dixisse: *Hippocoontem una cum filiis interfecerunt Castor et Pollux* (*Πωλυδεύκης*): nunc dicit unum Lycaethum mortis discrimen evitasse. Antea scripserat *καὶ σὲ Λύκαισ'*, *ὃν κτλ.* — *ἐν*, charta *ἐγ*, quod tuetur Ahrens. — *καμοῦσιν*, antea in charta visus sum *καμῶσιν* legere, quod sermonis lex requirit. — *ἀλέγω*, Christ male *ἀλγέω*. — V. 3. Iam recensentur nominatim ii, quos Castor et Pollux occiderunt. Quodsi quis scholia huic loco addita enodaverit, fortasse etiam hunc Hippocoontidarum catalogum, quem poeta exhibet, melius in integrum poterit restituere. — [*ἀλλ' Ἐν.* suppl. Blass. —] *Ἐναρσφόρον* ut scripsi plane exhibet charta, atque ita vocatur apud Apollodorum, Ahrens *Ἐναροφόρον*, Egger *Ἐναραιφόρον*, Brink *Ἐναρφόρον*. — *Σέβρον*, apud Pausaniam *Σεβρός*, apud Apollodorum *Τέβρος* dicitur. — V. 4. *Βωκόλον* addidi (Egger *Ἄλκιμον*). — V. 5. [*Ἱππόθων* suppl. Blass.] Brink *ἵππων*, Ahrens *ἱπποτᾶν τε τὸν κορυστάν* scripsit, ut *Ἱπποκορυστής*, quem Apollodorus nominat, intelligatur: sed tali nominis periphrasi usum fuisse Alcmanem iam non verisimile arbitror. — V. 6. *Εὐτείχη*] *τε*, *Ϝάνακτά τ' ἀρήιον*, charta plane exhibet *Ϝ*, errat Ahrens, qui existimat fuisse Γ hastula addita expunctum. Huius versiculi supplementum certum, quandoquidem eo utitur gramm. in Crameri

. . . . . μέγαν, Εὔρυτόν τε
10 Ἄρεος ἀν πώρω κλόνον 10

An. Ox. I 159, 2: οὐ γὰρ πάντως τὰ μὲν κύρια ἀεὶ βαρύνεται, τὰ δὲ ἐπιθετικὰ ὀξύνεται, ἀλλ' εἴ που βαρύνεται τὸ κύριον, ὀξύνεται τὸ ἐπιθετικόν· εἰ οὖν ἐστὶν Εὐτείχης ὄνομα παρ' Ἀλκμᾶνι· Εὐτείχη τ' ἄνακτ' Ἀρήιον, καὶ ὤφειλεν εἶναι τούτῳ τῷ λόγῳ Εὐτείχεα (corr. εὐτειχέα, i. e. in versu Homerico Il. Π 57)· πόθεν οὖν ἡ τετριμμένη βαρεῖα τάσις; Adde Schol. Il. Π 57. Sed restat difficultas, in charta est [Εὐτείχη] τε Ϝάνακτά τ' ἀρήιον, videntur igitur duo heroes commemorari, itaque Egger Ἀρήιον proprii nominis loco esse putat, sed Ἀρήιος nunquam inter Hippocoontis filios refertur. Itaque aut vitium contraxit chartae scriptura (quod secutus antea correxi Εὐτείχη τε Ϝάνακτα Ϝαρήιον nunc omnino repudio) aut alter heros non fuit nominatim designatus, quare v. 3—7 in hunc modum redintegravi καδ δ' Ἐναρσφ. . . . . ἐκτάνε]τ' ἔξοχον ἡμισίων i. e. ipsum Hippocoontem, cuius nomen reticere licuit poetae, cum verbis ἄναξ ἀρήιος et ἔξοχος ἡμισίων satis superque praeter ceteros insigniverit. Poetae Castores, Hippocoontidarum debellatores, alloquitur; de quibus supra v. 1 tertia persona usus verba fecit: sed apostrophae figura lyricum poetam, qui variare solet orationem, inprimis decet, apteque poeta verbum ἐκτάνετε clausulae strophae reservavit. Antea scripsi [Δορκέα] τ' ἔξοχον ἡμισίων (nomen Δορκέα metro adversatur, quod verbum a vocali littera incipiens requirit), ut haec omnia et quae proxime sequuntur a verbo [ἔκτα] Πωλυδεύκης, quod v. 1 supplevi suspensa sint, et enuntiatum v. 12 absolvatur: at strophae fine etiam oratio terminatur. Ahrens haec ita conformavit: ἀλλ' ἐγὼν Λύκαισον ἐγ καμῶσιν ἀλέγω, ἐν δ' Ἐναροφόρον — Ἄλκιμον τε τὸν β., ἱπποτᾶν τε τ. κ. Εὐτείχη τε Ϝάνακτ' ἄγ' ἀρήιον, Δορκέα τ' ἔξοχον ἡμισίων, satis audacter ἄγ' ἀρήιον i. e. ἄγαν ἀρήιον novare ausus. [Blass scripsit: οὐκ ἐγὼν Λύκαισον ἐγ κ. ἀλ., ἀλλ' Ἐν. κτλ., Βωκόλον τε τ. β., Ἱππόθων τε τὸν κ., Εὐτείχη τε, Ϝάνακτα τ' Ἀρήιον Ἄλκμονά τ' ἔξοχον ἡμισίων.] V. 2 Blass opinatur delitescere apud schol. Pind. Ol. X 15 Ἀλκαῖος· οὐκ ἐγὼ λύκον ἐν μούσαις ἀλέγω, ubi Ἀλκμᾶν corrigit. Christ scripsit Ἄλκμονά τ' ἐξ. ἡ, nomen inauditum, nam ap. Schol. Apoll. Rhod. II 373 dudum Holstenius sustulit Ἄκμων corrigens. — V. 8. Conieci κωὐ στρατ]ῶ τὸν ἀγρέταν [Σκαῖον] μέγαν, Εὔρυτόν τε . . . [ἤρωας] παρήσομες (v. 12). Charta ἀγρόταν prono librarii errore, qui etiam ap. Aesch. Pers. 1002 deprehenditur: βεβᾶσι γὰρ τοίπερ ἀγρέται στρατοῦ, ubi libri itidem ἀγρόται exhibent. Neque enim existimandum est, ō in locum litterae ē successisse, quod nec rationem habet, nec firmatur usu, nam et κωλαγρέται (κωλακρέται) dicebantur, et apud Spartanos ἱππαγρέται et παιδαγρέται. Sed Hesychii glossa ἀγρέταν· ἡγεμόνα, θεόν alio videtur spectare, fort. ἡγεμόνα θεῶν scribendum, poterat poeta Iovem ἀγρέταν θεῶν indigitare. [Κἄλκιμον τὸν ἀγρέταν στρατῶ μέγαν, Εὔρυτόν τε ἀν ταλαιπώρω κλόνον μάχας ποτὲ τῶς ἀρίστως _ ∪ οὐ (vel οὐδαμῶς) παρήσομες dubitanter coni. Blass.] — V. 9. Σκαῖον supplevit Ahrens, ego antea Εὐμήδη inserui. — V. 10. Ἄρεος ἀν] πώρω κλόνον [Ἄλκωνά] τε τῶς ἀρίστως scripsi. Notanda liberior verborum collocatio, Eurytus et Alcon dicuntur ἄριστοι Ἄρεος ἀν πώρω κλώνον, cf. fr. 9 Κάστωρ τε πώλων ὠκέων δματῆρες, ἱππόται σοφοί, καὶ Πωλοδεύκης κυδρός. Antea scripsi: καὶ στρατοῦ τ. ἀγ. Εὐμήδη μ. Εὔρ. τε ἐσλὸν ἀν πώρω κλόνον ἄλλως τε τ. ἀρ. ἠρ. παρ., ut πῶρος substantivi loco belli tumultum sive laborem significaret: dicit Ahrens hoc nomen auctoritate destitutum esse, at ταλαίπωρος et similia satis testificantur, haec enim composita ad nomina, non ad ad-

Ἀλκωνά τε τὼς ἀρίστως
. . . . . *παρήσομες.*
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

στρ. γ'. 832
. . . . *ἄλαστα δὲ* 34
ἔργα πάσον κακὰ μησαμένοι. P. II.

στρ. δ'. *ἔστι τις σιῶν τίσις.*
ὁ δ' (ὄλβι)ος, ὅστις εὔφρων

iectiva referenda sunt, sed ambiguum utrum *ὁ πῶρος* an *τὸ πῶρος* fuerit; nunc ubi *ἀν πώρω κλόνον* cum *τὼς ἀρίστως* copulandum esse intellexi, *ἐσλόν* alienum, itaque scripsi *Ἄρεος ἀν πώρω κλόνον*, ut *πῶρος* adiectivi sit loco, cf. Hesych. *πῶρος· ὁ ταλαίπωρος.* Ahrens haec sic constituit: *καὶ στρατῶ τ. ἀ. Σκαῖον μέγαν Εὖρ. τε δωρὸς ἀμ πώρω κλόνον πρέπονθ' ἅτε τ. ἀ. φώτας οὐ παρήσομες.*

Reliquam partem paginae I intactam relinquere satius duxi. Ad v. 13 adnotavit schol. *ὅτι τὸν πόρον εἴρηκε τὸν αὐτὸν τῷ ὑπὸ τοῦ Ἡσιόδου μεμυθευμένῳ Χάει*: unde certum *Πόρος* hic oblitteratum esse, sed restitutio prorsus incerta. Ahrens scripsit: *αἰπεῖα γ]ὰρ αἶσα παντῶν, [ἂν Πόρῳ] γεραιτάτῳ [τέκ' ἠϋπ]έδιλος Ἀλκά. [(κράτησε γ)ὰρ Αἶσα παντῶν (καὶ Πόρος,) γεραιτάτοι (σιῶν· ἀπ)έδιλος Ἀλκά* coni. Blass.] — Tum v. 16 Ahrens: *[Ἀλλ' ἀπ' ἀνθ]ρώπων ἐς ὠρανὸν ποτήσθω [Φᾶμις ἀρ]ρήτων γάμων τὰν Ἀφροδίταν [καὶ κασιγ]νήταν Ϝῖ' ἀγνάν [πάλιν ἔπισ]πεύδην, ἐπάσαν [εἴποκα μὴ σέμι]τ', ἐς δὲ Διὸς δόμον [αἶψα παρ]ῆν ἱερογλεφαροι*: hoc postremum verbum *διερογλεφάροι* interpretatus. *[(μήτις ἀνθ)ρώπων ἐς ὠρανὸν ποτήσθω (μηδὲ πει)ρήτω γαμὲν τὰν Ἀφροδίταν (Κυπρίαν ἄνασσαν, ἥ τιν' _ ∪ _, ἢ παίδα Πόρκω (εἰναλίαν· Χά)ριτις δὲ Διὸς δόμον (ἐσβαίνοι)σιν ἐρογλεφάροι* coni. Blass.] — V. 30 Ahrens scripsit *Ψᾶφος αὐτίκα σφ'] ἔβα τῶν δαμοσιῶν [ἐς βύσον δύσασα] μαρμάρῳ μυλάκρῳ, [πόντιος δ' ἔμαρψ]εν Ἄΐδας*. Insolens accentus *δαμοσιῶν* (*οι*) sane videtur firmari lectione cod. Mutin. Theogn. 50 *δημοσιῷ*, sed hic praeterea brevis syllaba vice productae fungens offendit; permira protulit de hac voce Ahrens p. 278 seq., neque satis fecit Blassio, qui *ἔβα· τῶν δ' ἄλλος ἰῷ [ἔφθιτ', ἄλλος δ' αὖτε] μαρμάρῳ μυλάκρῳ* scripsit. *Ἔμαρψεν*, quod v. 30 Ahrens dedit, ipse olim commendaveram, scholion additum: *Ἀριστο(φάνης) Ἄΐδας, Πάμφιλος Ἄιδας* arguit criticos olim dubitavisse, utrum trisyllaba an disyllaba forma Alcman usus fuerit.

V. 35. *μησαμένοι*. In clausula strophae fabulae narratione absoluta summam paucis comprehendit: *infanda facinora perpetrare ausi gravia mala perpessi sunt*, Hippocoontidas ut par est dicens. Antea, cum Eggeri apographum *μησαμέναι* suppeditaret, ad Tyndari filias rettuli coll. Hesiodo ap. Schol. Eurip. Orest. 239 et Hom. Od. Ω 199. — V. 37. *ὄλβιος* restituit Brink quamvis institutam sententiam non perspexerit, nam v. 38 *ἀναπλέκει* (i. e. *χαίταν*) correxit, ubi *διαπλέκει* emendavi. — In scholio Egger *Ἀρίσταρχος* legendum suspicatur, sed fuit fortasse

ἀμέραν (δι)απλέκει,
. κ . . . . . ος. ἐγὼν δ' ἀείδω
'Αγιδῶς τὸ φῶς· ὀρῶ-
ρ' ὥτ' ἄλιος, ὔνπερ ἄμιν
'Αγιδὼ μαρτύρεται
φαίνεν· ἐμὲ δ' οὔτ' ἐπαινὲν
οὔτε μωμήσθαι νιν ἀ κλεννὰ χοραγὸς

'Αρχίλοχος. — V. 39. Egger ἀκήρυκτος scripsit, quod et versus numero et sermonis Dorici legi adversatur, Ahrens et Blass ἄκλανστος, Christ ἄκλυστος. — V. 40. Poeta fabulari perfunctus argumento ad virgines, quae hoc carmen canebant, se convertit, atque in hac altera carminis parte suaviter et puellaribus ingeniis convenienter ludit. Ac nominatim quidem appellat Agido et Agesichoram. Agesichorae etiam in scholiis passim fit mentio. Agidus nomen restituendum schol. II 34: τὴν . . ζω (ιαζω Egger) καὶ Ἀγησιχόραν περιστεραὶς εἰκάζουσιν, fuit haud dubie (ΑΓΙ)ΔΩ: littera Δ speciem Ζ refert, quoniam librarius solet passim litteras hastulis coniungere: nam de tertia puella, cuius pulcritudinem poeta laudaverit, non esse cogitandum, versus, quibus scholion illud adscriptum, argumento sunt. Scripsi sicut Blass 'Αγιδῶς τὸ φῶς, quandoquidem non licet commode τὸ φῶς cum sequentibus iungere: in charta ΑΓΙΔ . . litterarum, quae partim chartae hiatu absumptae sunt, reliquiae incertae, Blass sibi visus est ΑΓΙΔ . C legisse. Perperam Brink ἀείδω· Ἀγίδαο τὸ φῶς ὀρῶ de Agesichora haec interpretatus, quae Agidae fuerit consobrina: Agidam hunc fuisse Alcmanis patronum eundemque tunc choregi munere functum esse. At Alcmanis patrono *Agesidae* fuit nomen, vid. Heraclid. Pont. Pol. c. 2. Agido autem Agesichorae fuit consobrina, ut ipse poeta v. 52 testatur. Nomen 'Αγιδώ, quamquam alibi non legitur, recte tamen a nomine Ἀγις descendit, quemadmodum Λαμπιδὼ (Plato Alcib. I 123 E) a nomine Λάμπις. — Cum antea ὄρωρ' scripsissem, ratus librarium, qui ὀρῶ sibi videretur legere, peccavisse, nunc ὀρῶρ' tueor, auctore Ahrensio, qui doricae prosodiae proprietatem agnovit. — ᾧ τ' ἄλιος scripsi, charta ᾧ τ' ἄλιον manifesto errore, nam hoc dicit poeta: Agido ubi est, quasi sol oritur. Ὥιτε vel ὥτε secundum veterum grammaticorum praecepta scribendum, non ὥτε, id quod secutus sum, in medio relinquens, rectene an secus isti iudicaverint. — μαρτύρεται, Ahrens μαρτυρέται requirit. — φαίνεν, carmen hoc fortasse pervigilio fuit destinatum, cf. infra v. 62. — Blass scripsit ὀρῶ ῥ' ὥτ' ἄλιον, ὔνπερ ἄμιν 'Αγιδὼ μαρτύρεται, φαίνεν, praeeunte Christio, qui ὀρῶ ῥ' excogitavit, Ahrens τὸ φῶς ὀρῶρ' ὦ Ϝάδιον ἔνπερ ἄμιν 'Αγιδὼ μαρτυρέται φήνην. — V. 43. ἐπαινὲν, Ahrens ἐπαινῆν requirit. — V. 44. μωμήσθαι scripsi, charta utrum μωμάσθαι an μωμέσθαι exhibeat, incertum, μωμέσθαι legit Blass, hoc si verum, antiquae scripturae vestigium est. Egger male legit καμέσθαι, unde Ahrens παλλέσθαι, quamvis ipse iam in addendis Eggeri errorem sustulissem. — ἀ κλεννὰ χοραγὸς Ahrens, cum Egger ἀ κλεννὰ et in margine tanquam scholiastae interpretamentum χορηγος exhibuisset, qui error cum alios tum me vexavit: existimavi enim ipsum poetam a grammatico choregum dici, usus Athenaei loco XIV 633 A: ἐκάλουν δὲ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) καὶ χορηγούς, ὥς φησιν ὁ Βυζάντιος Δημήτριος ἐν τετάρτῳ περὶ ποιημάτων, οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χορούς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα ση-

οὐδὲ λῶσ' ἐῇ· δοκέει γὰρ ἦμεν αὔτα
ἐμπρεπὴς τώς, ὥπερ αἴ τις
ἐν ΒΟΤΟΙC στάσειεν ἵππον 834
παγὸν ἀεθλοφόρον καναχάποδα,
. . . ὑποπετριδίων ὀνείρων; 15

μαίνει. At choragos hic vocatur Agesichora, cuius laudes iam poeta persequitur, non Agido, ut Ahrensio visum. — V. 45. *οὐδὲ λῶσ' ἐῇ* scripsi, charta ut videtur ΟΥΔΕΑΩC, quod cum Aurora memorari videretur, me antea frustra exercuit, sed fuit fortasse id ipsum, quod nunc restitui, ibi scriptum, nam et prosodia et littera A ambigua. Hoc dicit poeta: Agesichora neque si velit me sinit vel laudare vel vituperare illam virginem, ipsa enim eximia sua pulcritudine animum meum plane occupat. Huc fortasse Hesych. spectat: *λῶσα· θέλουσα.* Ahrens *οὐδαμὼς* (*οὐδαμῶς*) correxit, idque ipsum Blass dicit se in charta reperisse, haud dubie vana specie deceptus: *οὐδαμῶς* languidum foret versus complementum, neque eo vocabulo antiquiores poetae utuntur. — *ἦμεν* charta ex corr., erat *εἶμεν.* — V. 46. *ἐμπρεπὴς* ut mihi videtur exemplum Paris., Egger *εὐπρεπὴς* legit, ego conieci *ἐκπρεπὴς*, idque ipsum in charta legi testatur Blass. — *τώς, ὥπερ αἴ τις* iam olim scripseram (nisi quod *ὥπερ* dedi), Egger legit *τὼ σῶ περαῖος*, ex Par. ΤΩCΩΪΠΕΡΑΙΟΙC, in charta ΑΙΤΙC extare auctor Blass. — V. 47. ΒΟΤΑΙC ex. Paris., sed T incerta. Egger *βάτοις*, Ahrens *βοτοῖς*, quod in charta legi testatur Blass, sed incredibile poetam lepidissimum adeo illepida comparatione usum esse, ut dum Agesichoram praeconio vult ornare, choro virginum conviciaretur. Equidem nequeo expedire, nam *βάτναις* i. e. *φάτναις* sive *πάτναις* proposito non satis aptum, neque *βοΰαις* i. e. gregibus puerorum correpta priore syllaba conveniens. Fort. *ἐν βαθμοῖς* vel *ἐν βάθροις*, i. e. *ἐν βαλβῖσιν.* — V. 48. *παγὸν*, quod dubitanter conieci, plane in charta comparere auctor est Blass. — *καναχά(κο)δα* quemadmodum supplevi agnovit in charta Blass. Cum Eggeri apographon *κὰνὰχαδα* exhiberet, primum *καναχαδὰ* (*θέοντα*) scripsi. — V. 49. Primum vocabulum in ex. Par. oblitteratum, Blass ΤΩΝ legit, atque ita poetam scripsisse opinatur, sed equum celetem alatis somniis adnumerare inficetum. Conieci *νῶμα* i. e. *νόημα.* Mentis sensa omnium rerum celerrima, hinc *ὁ δ' ὥστε νόημ' ἐπωτᾶτο, νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα*, item somnia, *ψυχὴ δ' ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη*, vel *σκιῇ εἴκελος ἢ καὶ ὀνείρῳ ἔπτατο.* Itaque Alcman audacter sane, sed non invenuste hyperbole usus celerem equum dixit *sensum alatorum somniorum.* Antea scripsi *παῦ' ὑπ.*, vel *ποῖ δ'* vel *τῷ δ'* i. e. *τίνι δὲ, cui bono*, quod vulgo dici solet *τί μοι ἔριδος καὶ ἀρωγῆς, τί γὰρ νεφῶν μοι* (vid. ad Anacr. fr. 130. Bernhardy Paralip. synt. II 67): sed poterat etiam *τῷ* vel *τίνι* dici, quemadmodum etiam *τίῃ* (quod male dirimunt *τί· ἢ*) dandi est casus et Latini dicunt *quo mihi fortunam.* Sed haec pariter atque *σαῦμ'* i. e. *θαῦμα* ab Ahrensio, *παῖδ'* olim a Blassio commendatum, institutae sententiae non satisfaciunt. *Ὑποπετρίδιος* dictum per metathesin pro *ὑποπτερίδιος* vel potius per syncopen pro ΥΠΟΠΕΤΕΡΙΔΙΟC, id quod plane confirmat Et. M. 783, 20: *ὑποπετριδίων ὀνείρων* (ita certe V a m. sec. atque Et. Flor., vulgo *ὑποπτέρων ὀν.*). *Διονύσιος ὁ Σιδώνιος* (ita Boeckh, vulgo *σίδιος*, V *σίδιτος*) *πρῶτον* (V *πρῶτος*) *ταύτῃ τῇ ἐπιβολῇ ἐχρήσατο, ἥπερ χρῶνται οἱ γραμματικοί, ὡς τύμβος τυμβίδιος, παῦρος παυρίδιος, μοιχὸς μοιχίδιος, πτερὸν πτερίδιος. ἐχρῆν οὖν εἰπεῖν*

στρ. ε'. ἦ οὐχ ὁρῇς; ὁ μὲν κέλης
Ἐνετικός, ἁ δὲ χαίτα
τᾶς ἐμᾶς ἀνεψιᾶς 835
Ἀγησιχόρας ἐπανθεῖ
χρυσὸς ὣς ἀκήρατος, 20
τὸ τ' ἀργύριον πρόσωπον

καὶ τῶν ὑποπτέρων ὀνείρων τῶν ὑποπτεριδίων ὑπερθέσει τῶν ὑποπετριδίων. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν. Ita fere libri, sed apparet locum ampliorem male in breviarium redactum esse. Primum Dionysii Sidonii, qui fuit Aristarchi discipulus et anagnostes (in scholiis Homericis passim Ποσειδώνιος perperam scribitur pro ὁ Σιδώνιος) sententia proponitur: ὑποπετριδίων ὀνείρων· Διονύσιος ὁ Σιδώνιος· πετερόν, ταύτῃ τῇ ἐπιβολῇ (Ἀλκμὰν) ἐχρήσατο ἧπερ χρῶνται οἱ Ταραντῖνοι. Is igitur recte vidit Alcmanicum non ad πτερόν, sed ad πετερόν esse revocandum, quod inserta littera E sit auctum, ἐπιβολὴν dicens, cui contraria est ἀποβολή, quam alii ἐπένθεσιν ἐπέκτασιν, παρολκὴν vocant, neque inepte Laconici poetae idiomati illustrando adhibuit sermonem Tarentinorum, qui a Laconibus originem ducunt, et ad eundem modum τόρονος pro τόρνος (vid. Hesych.) dixerunt. Dionysius igitur, quamvis non agnoverit πετερόν esse primigeniam vocabuli speciem, tamen eius auxilio expedivit Alcmanicum, contra Herodianus metathesin tuetur: sed Herodiani explanatio non integra est servata: novissima ita redintegranda: οὕτως πτερὸν πτερίδιος· ἔχρῃν οὖν εἰπεῖν τῶν ὑποπτεριδίων ὀνείρων καὶ ὑπερθέσει τῶν ὑποπετριδίων. Quae praeterea Lentz Herod. II 238. 39 tentavit, improbanda. Scholiasta Alcmanis docte magis quam vere existimat somnia dici ὑποπετρίδια, quoniam somniorum sedes fuerit prope λευκάδα πέτρην, adhibens Homeri versus Od. Ω 11 παρ δ' ἴσαν Ὠκεανοῖο (ap. Hom. est Ὠκεανοῦ τε) ῥοὰς καὶ λευκάδα πέτρην Ἠδὲ παρ' ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων. Neque vero Dionysii explicatio latuit hunc interpretem, qui videtur (vid. init. schol.) dixisse, veteres solitos esse somniis aliisque, quae monstri instar sint, pinnas tribuere. — V. 50. ἦ οὐχ ὁρῇς; ὁ μὲν κέλης emendavi Eggeri apographon οὐ χωρησομεν κέλης, emendationem firmavit ex. Paris., nisi quod ορης exhibet, ἦ quod dubitanter proposui, Blass sibi visus est reperire. Satis apparet iam Alcmanis aetate Lacones usos esse Venetis equis in certaminibus curulibus, velut Olympiae, cf. fr. adesp.: Ἐνετίδας πώλους στεφαναφόρως. Errat igitur schol. Eurip. Hippol. 230 Λέων πρῶτος Λακεδαιμόνιος πθ' (Eustath. πέ) ὀλυμπιάδι ἐνίκησεν Ἐνέταις ἵπποις, neque videtur hoc dixisse Polemo, quem antestatur, neque arguit hoc titulus statuae adscriptus: Λέων Λακεδαιμόνιος ἵπποισι νικῶν Ἐνέταις Ἀντικλείδα πατήρ: ubi Ἀνταλκίδα corrigo, cuius pater Ol. 89 (85) potuit Olympiae victoriam hanc reportare: hoc additamentum si recte se habet, statua multo post dedicata sit necesse est, sed credo Polemonem scripsisse haec ἦν δὲ (ὁ Λέων) Ἀνταλκίδα πατήρ. — V. 53. Ἀγησιχόρας, hoc nomen hic et aliis locis spiritu caret, sed. v. 57 spiritus vestigium superest, pag. III 11 asper deprehenditur contra dorici sermonis consuetudinem. — V. 54. χρυσὸς ὣς ἀκήρατος ut redintegravi manifesto chartae scriptura firmat. — V. 55. τό τ' ἀργύριον πρόσωπον διαφάδαν — τί τοι λέγω; charta διαφράδαν, sed P est expunctum, ut Ahrens vidit conlato Poll. II 129 ἀρρήδην, διαρρήδην, διαφάδην. Correxi distinctionem: laudare cum vult virginis faciem, fingit se nescire, qua comparatione commode

διαφάδαν — τί τοι λέγω; —
Ἀγησιχόρα, μέν' αὔτα. —
ἀ δὲ δευτέρα πεδ' Ἀγιδὼν τὸ εἶδος
ἵππος εἰβήνῳ Κολαξαῖος δραμείται.
60 ταὶ πελειάδες γὰρ ἁμίν
Ὀρθία φάρος φεροίσαις

uti possit, itaque orationem non continuat, reticentia usus. Neque enim ut Ahrens et Blass volunt oratio ita conformanda: *τό τ' ἀργύριον πρόσωπον· διαφάδαν τί τοι λέγω·* (vel *λέγω;*) nam *τό τ' ἀργ. πρ. ἐπανθεῖ* nullo pacto ferendum, itaque antea scripsi *τὸ Ϝαργύρ. πρ.*, iungens *χαίτα ἐπανθεῖ πρόσωπον* i. e. *προσώπῳ*. — V. 57. *Ἀγησιχόρα, μέν' αὔτα* scripsi, fingit enim Agesichoram se avertere vel recedere, ne coram suas laudes exaudiat: nam *Ἀγησιχόρα μὲν αὔτα haec est Agesichora* otiosum plane additamentum, praeterea *μὲν* si legimus, quod sequitur *ἀ δὲ* referendum foret ad aliam (i. e. tertiam puellam), at universa haec stropha Agesichorae laudibus destinata, quemadmodum prior Agidus praeconio. Nihil egit Blass *Ἀγησιχόρα μὲν αὔτα· ἆδε δευτέρα* scribendo. — V. 58. *πεδ' Ἀγιδὼν* Ahrensii emendationem charta plane confirmat. — V. 59. *ἵππος εἰβήνῳ Κολαξαῖος δραμείται* h. e. tanquam equus Colaxaidos Scytharum regis cum venatico cane pernicitate certabit: cf. Pollux V 41 de Cretensium canibus: *οἱ δὲ πάριπποι τοῖς ἵπποις συνθέουσιν, οὔτε προθέοντες οὔτε μὴν ἀπολειπόμενοι.* Dativus enim certandi studium significat, idem est ac si dixisset *ἅμα δραμεῖται*, quemadmodum Theocr. VIII 6 *μυκητᾶν ἐπίουρε βοῶν, Δάφνε, λῆς μοι ἀείσαι*, i. e. *δια εἶσαι* vel *διάσασθαι*, quod veteres rectius quam nostri interpretantur. *εἰβήνῳ* quid sit, vidit Blass adhibens Hesych. *ἐβῆνοι· ἀλωπεκίδες* et Pollux V 38 *λέγουσι δὲ τὰς μὲν Λακαίνας (κύνας) ἐξ ἀλωπέκων καὶ κυνῶν γενομένας κληθῆναι ἀλωπεκίδας.* Idem Blass in scholio adscripto vidit *εβην* (Egger *την*). *Κολαξαῖος* Alcman contractione admissa dixit pro *Κολαξάιος*: *Κολάξαϊς* antiquus Scytharum rex (vid. Herod. IV 5 et 7) equum pernicitate insignem habuisse videtur: scholion *ικων ιππων* redintegrandum (*Σκυθ*)*ικῶν ἵππων*: nam ad equum, non ad canem hoc nomen referendum: canem si insignire voluisset poeta, Castoris nomen addidisset, cf. Pollux V 39: *αἱ δὲ Καστορίδες Κάστορος θρέμματα, Ἀπόλλωνος τὸ δῶρον· ταύτας δ' ὁ αὐτὸς οὗτος ποιητὴς* (Nicander) *εἶναι τὰς ἀλωπεκίδας ἔχει, μιξαμένου τὸ γένος ἀλώπεκι Κάστορος.* Alcman autem quantopere peregrinis nominibus locorum, gentium, hominum delectatus sit, satis constat. Ahrens *ἵππος εἰρὴν* (*ὡς*) *κόλαξ Διὸς δραμήται*, at *εἰρην* (*εἰρήν*) quod non est segregandum ab *ἄρσην* (primigenia species fuit APIHN) ab hoc loco omnino alienum. Blass *ἵππος εἰβήνῳ κόλαξ δῖος* [postea *ἀὲς*] *δραμείται*, at *κόλαξ* quod *θεράποντα* interpretur non convenit; poterat canis equi minister, non equus canis comes dici. — V. 60. *ἁμίν*, accentus nota in charta nulla, ut videtur. —

V. 61. *Ὀρθία φάρος* scripsi, in charta est ΟΡΘΡΙΑΙΦΑΡΟC, sed *ὀρθρίαι* vel propter insolentem collocationem verborum displicet (hinc Egger *φερούσαι* scripsit) neque satis convenit cum proximis verbis *νύκτα δι' αροτρον ἀμβροσίαν*. In scholio est *ορθιαι φαρος σωσιφανης αροτρον*, quod apparet descriptum esse ex libro, qui diversam recensionem exhibebat. Huc spectat Herodianus *π. μον. λέξ.* 39, 31, ubi dicit ΦΑΡΟC correpta paenultima tria genera et varias significationes adsciscere, *καὶ οὐδέ-*

νύκτα δι' ἀμβροσίαν ἅτε σήριον 836
ἄστρον αὐειρομέναι μάχονται.

στρ. ς'. *Οὔτε γάρ τι πορφύρας* 30
τόσσος κόρος, ὥστ' ἀμύναι,
οὔτε ποικίλος δράκων
παγχρύσιος, οὐδὲ μίτρα
Λυδία νεανίδων
. . . . . ων ἄγαλμα, P. III.

Fr. 79. Priscian. I 21: „Inveniuntur etiam pro vocali correpta hoc digamma illi usi, ut Alcman: *Καὶ χ. κτλ.* est enim dimetrum iambicum et sic est proferendum Ϝ, ut faciat brevem syllabam." Manifestus

80.

Οἶκας μὲν ὡραίῳ λίνῳ.

81.

Λεπτὰ δ' ἄταρπος, νηλεὴς δ' ἀνάγκα.

82. [63.]

⏑ ⏑ ⏑ – – ⏓ ⏑ – – ⏓ ⏑ –

Φρύγιον αὔλησεν μέλος Κερβήσιον.

83. 84. [35.]

Περισσόν· αἴ γὰρ Ἀπόλλων ὁ Λύκηος.
Ἰνὼ σαλασσομέδοισ', ἂν ἀπὸ μάσδων.

Prisciani error corripientis vocalem *A*, a quo errore sibi cavit infra 22 haec repetens: „Hiatus quoque causa solebant illi interponere *F*, quod ostendunt et poetae Aeolide usi, Alcman: *καὶ χεῖμα κτλ.*“

Fr. 80. Cram. An. Ox. I 287, 4: *Καὶ εἶκα, ὃ σημαίνει τὸ ὁμοιῶ, οἶκας κτλ. παρὰ Ἀλκμᾶνι.* At ibid. IV 368, 19: *εἶκα μὲν* legitur, et 415. 22: *Εἶκας παρ' Ἀλκμᾶνι.* itaque Bekk. An. III 1294, 5, sed ibid. 1404: *Οἶκας παρ' Ἀλκμᾶνι, ἀντὶ τοῦ ὅμοιος εἶ.* Gaisford tamen in Choerobosci Epim. II 871 et 587 bis *εἶκας* edidit, sed *οἶκας* tuetur etiam Herodian. *περὶ μον. λέξ.* 24, 9.

Fr. 81. Cram. An. Ox. I 60, 24: *Ἐὰν δ' ὦσιν ἐκ τοῦ ε̄ οὐκ ἔτι (γίνεται τροπὴ τοῦ η̄ εἰς ᾰ μακρόν), ἔλατος ἱππήλατος. Ἀλκμάν· Λεπτὰ δ' ἄτ. ἀνηλης δ' ἀνάγκη, ἐκ γὰρ τοῦ ἐλεεινή.* quae correxi. *Ἄταρπος* videtur Parcae filum dici, unde ipsa dea *Ἀταρπώ* dicta, vid. Schol. Od. *η* 179.

Fr. 82. Strabo XII 580: *Λέγεται δέ τινα φῦλα Φρύγια οὐδαμοῦ δεικνύμενα, ὥσπερ οἱ Βερέκυντες· καὶ Ἀλκμὰν λέγει· Φρύγιον κτλ. καὶ βόθυνός τις λέγεται Κερβήσιος ἔχων ὀλεθρίους ἀποφοράς. — αὔλησεν* scripsi, vulgo *ηὔλησε*, F *ηὔλισε*. — *Κερβήσιον* scripsi, vulgo *τὸ Κερβήσιον*, CFg *τὸ Κειρβήσιον*, Dhi *τὸ Κειρβήσειον*. Meineke *Κιρβήσιον* requirit, coll. Hesych. *Κιρβιαῖον ἔθνος ἔχόμενον Λυδῶν*. Strabo non recte de populo ignoto cogitavit, a Corybantibus sive Cyrbantibus nomus ille dictus esse videtur.

Fr. 83 et 84. Hephaest. 81: *Ἀπ' ἐλάσσονός τε ἐπιώνικον τρίμετρόν ἐστι παρ' Ἀλκμᾶνι· ὃ τὴν μὲν πρώτην ἔχει ἰαμβικὴν ἐξάσημον ἢ ἑπτάσημον· τὰς δὲ ἑξῆς δύο ἐξασήμους ἰωνικὰς καθαράς, οἷον· Περισσὸν κτλ.* Duo diversa fragmenta esse apparet. At valde dubium mihi videtur prius, nam mirificum plane illud *περισσόν*, quae mihi quidem videtur nota esse veteris alicuius metrici, qui illud *αἴ* redundare censuit, cum versum dimetrum ionicum esse censeret, quod non percepit Hephaestio. — Fr. 83. *Λύκηος* ACP, vulgo *Λύκειος*, E Turn. Fl *Λύκιος*. — Fr. 84. *σαλασσομέδοισ', ἂν* scripsi, praeeunte Porsono, qui supplevit locum in hunc modum: *ῥίπτεν φάτις γαλασηνὸν Μελικέρταν*. vulgo *σαλασσομέδοισαν*, quod metro adversatur, sed verae lectionis vestigium servat P *σαλασσομέδοισάν*, A *ἰνω σαλασσομεδοισάν*, C *ἰνωσαλασσομέδοισαν*, ES Turn. *σάλας ὀμέδοισαν*, Fl *σάλας ὁ μέδοισαν*. — *ἀπὸ μάσδων* C, reliqui *ἀπομάσδων*, Porson *ἀπὸ μασθῶν*.

85 A. [7.] 858

Ἕκατον μὲν Διὸς υἱὸν τάδε Μῶσαι κροκόπεπλοι.

85 B.

Λιγύκορτον πάλιν ἄχει.

86. [60.]

Ἅδοι Διὸς δόμῳ
ὁ χορὸς ἁμὸς καὶ τοί, ϝάναξ.

87. [53.]

⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏒
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ – ⏑ ⏑ ⏑́ –
⏑ ⏑́ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – –

Ἀνὴρ δ' ἐν ἀρμένοισιν
ἀλιτρὸς ἦστ' ἐπὶ θάκω κατὰ πέτρας
ὁρέων μὲν οὐδέν, δοκέοντι δ' (ἐοικώς). 859

Fr. 85 A. Hephaest. 66: *καὶ ὅλα μὲν οὖν ᾄσματα γέγραπται ἰωνικά, ὡς παρ' Ἀλκμᾶνι· Ἕκατον κτλ.* — V. 1. *Ἕκατον* Ursinus, vulgo *ἑκατόν*. Vulgo post *υἱόν* interpungitur, et dimetri esse putantur, sed affert ut tetrametrum grammaticus ap. Hermann. Elem. Doctr. Metr. 472 et gramm. Harlei. 332. Cf. Tricha 51.

Fr. 85 B. Et. Flor. Miller Misc. p. 206: *Λιγύκρυτον* (in marg. *λιγύκυρτον*)· *πάλιν παρ' Ἀλκμᾶνι ἔχει ἀντὶ τοῦ λιγύκυρτον μεταθέσει τοῦ ρ̄.* quae correxi, nam *πάλιν* et *ἔχει* poetae esse manifestum. Syllabae *αχ* et *εχ* in codicibus adeo similes, ut saepissime permutentur a librariis. Vocabuli *λιγύκροτος* etiam Miller memor fuit, Alcman metathesi usus *λιγύκορτον* dixit, cf. Hesych. *κορτεῖν· κροτεῖσθαι*, qui praeterea *κόρτος· ὁ ἐν τοῖς κυσὶ κρότων*, ut Musurus correxit. Poeta de instrumento musico dixisse videtur *λιγ. π. ἄχει* (sive *ἀχεῖ*) *μάγαδις*. Etiam Nauck *λιγύκορτον* Alcmani vindicat.

Fr. 86. Apollon. de pron. 365 A: *Ὀρθοτονεῖται δὲ (τοὶ) καὶ παρ' Ἀλκμᾶνι, συνήθως Δωριεῦσιν· Ἅδοι κτλ. ϝάναξ* Maittaire, cod. *γ' αναξ*. Videtur esse ex hymno in *Apollinem*. Numeri incerti, nam v. 2 diagramma

⏑ ⏑ ⏑ ⏑́ – ∧ ⏑́ – ⏑ ⏑́

non satis placet, atque *δόμῳ* de vitio suspectum. Hartung *ἅδοι δὲ Διός τε δόμῳ χορός*.

Fr. 87. Schol. Pind. Ol. I 97: *Ἀλκαῖος δὲ καὶ Ἀλκμάν· λίθον φασὶν ἐπαιωρεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ· ὁ μὲν Ἀλκαῖος ..., ὁ δὲ Ἀλκμάν* (haec tria verba addidit Boeckh)· *Ὅπως* (*ὅπη* Vrat. 4) *ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοισιν ἀλιτηρὸς ἦστ'* (*ἦσθ'* Vrat. 4, Vat. B *ἦσθ'*) *κτλ.* Scribendum *ὁ δὲ Ἀλκμὰν οὕτως· ἀνὴρ δ' ἐν ἀρμένοισιν ἀλιτρός*, ita ut ab *ἀλιτρὸς* novus versus inchoetur, nam v. 2 eiusdem est numeri, qui fr. 83 et 84 reperitur: quamquam numeri etiam aliter discribi possunt, velut *ἀνὴρ δ' ἐν ἀρμένοις ἀλιτρὸς | ἦστ' κτλ.* Vat. B duos exhibet versus, quorum prior voce *θάκας* terminatur. Hecker coniecit *ὅπως δ' ἀλιτηρὸς ἀνὴρ πᾶσιν ἐν ἀρμένοισιν*, Hermann delevit *ἐν ἀσμένοισιν*. — V. 2. *ἐπὶ θάκω*

88.

Ὁπότε ὑπὸ τοῦ Ἱπολόχου, κλέος δ' ἔβαλλον οὐ νῦν ὑπεστάντων.

89. [83.]

Νικῷ δ' ὁ κάρρων.

90. [85.]

Μῆον ἢ κοδύμαλον.

91. [87.]

Μάγαδιν δ' ἀποθέσθαι.

92. [100.]

Ταυσία παλλακίω.

scripsi, legebatur *ἐπὶ θάκας*, *ἐπιθάκας* Vrat. 3, Heyne *ἐπὶ θάκοις*. — Hartung hoc plane oblitteravit *ἦσται κρεμαστᾶς κάτω πέτρας* scribens, et *κάτω* iam Hermann commendavit. — V. 3. Schol. Pind. *ὀρέων μὲν οὐδὲν δοκέων δέ*, sed Eust. Od. 1701, 23: *ὅτι δὲ φαντασία ἦν καὶ τὰ ἐπὶ Σισύφῳ ῥηθησόμενα πλάσματα, δηλοῖ καὶ ὁ Ἀλκμὰν ἐν τῷ ὀρέοντι μὲν οὐδέν, δοκέοντι δέ*, ubi quamvis dativus ex librarii errore ortus videri possit, tamen germanae lectionis vestigium superesse credo, nam particula *δέ* in enuntiato novissimo omnino non ferenda indicio est vocabulum aliquod interceptum esse, itaque *ὀρέων* quidem servavi, sed *δοκέοντι* recepi et *ἐοικώς* addidi. Welcker Mus. Rhen. X 242 seq. ita haec conformavit *Ὅπως ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοις ἀλιτρὸς | ἦστ' ἐπὶ θάκας κάτα, πέτρας ὀρέων μέν | οὐδέν, δοκέων δέ.*

Fr. 88. Cram. An. Ox. I 418, 8: *Λέγεται δὲ (ὑπαιθα) καὶ ἄνευ τῆς θα παρὰ Ἀλκμᾶνι καὶ σημαίνει τὸ πρότερον· Ὁπότε κτλ. ἀντὶ τοῦ πρότερον.* Non expedio, olim conieci ad Hippocoontidarum caedem pertinere, *ὀπόθ' ὑπὸ Θ' Ἱπποθόω Δορυκλέος τ' ἔβλη κορύνᾳ ὑπαιστάντων*. Cf. Hesych.: *ὑπαί· πρὸ τοῦ καὶ νῦν· ὑπαὶ πόδα*. Hartung *οὔτ' Εὐρύτου νιν, οὐ Δορυκλέος δόρυ Βάλλε νιν οὐδὲν ὑπαὶ Ἀντῶντα.*

Fr. 89. Apollon. Dysc. de synt. 212: *Ἡ ἐυκτική, ὡς ἔχει τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι· νικῷ κτλ.* Fortasse *Alcmanis* est, quod legitur in Et. Gud. 301, 6. (Cram. An. Par. IV 54. 23) *κάρρων· οἷον ναὶ κάρρων βῶς*: sed non debebam eo uti ad hoc fr. redintegrandum.

Fr. 90. Athen. III 81 F: *Ἀλκμὰν δὲ τὸ στρουθίον μῆλον ὅταν λέγῃ· μεῖον ἢ κ. Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ Σωσίβιος τὸ Κυδώνιον μῆλον ἀκούουσιν.* — *μῆον*, legebatur *μεῖον*. — *κοδύμαλον*, A *κωδύμαλον*, B *κωδύμαλλον*, sed *κοδύμαλον* tuetur Hesychius.

Fr. 91. Athen. XIV 636 F: *Καὶ Ἀλκμὰν δέ φησι· Μάγαδιν δ'* (om. P) *ἀποθ.*

Fr. 92. Et. M. 171, 7: *Λῦσιον, καὶ ὁ μὲν Ἴβυκος αὖσιον λέγει . . . ὁ δὲ Ἀλκμάν· ταυσία παλλακίω* (PD *παυσία*, Flor. *πολλακίω*). Hoc quidem vocabulum ab Alcmanis consuetudine alienum; conieci *ταυσίαν πάλιν κίω*, quamquam alias placuit *ταυσία πάλλα κάτω* (*ἔπεσεν*) i. e. Nausicaae pila, vid. Hom. Od. VI 115. Hesych.: *πάλλα· σφαῖρα ἐκ ποικίλων ναμάτων* (scr. *ῥαμμάτων*) *πεποιημένη.*

93. [105.] 860

Καὶ Κέρκυρος ἀγείται.

94. [106.]

Ὄκκα δὴ γυνὰ εἴην.

95. [120.]

Τὰν Μῶσαν καταϋσείς.

96. [109.]

Τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ κλείτει.

Fr. 93. Et. M. 506, 20: *Κέρκυρ . . . Ἀλκμάν φησι· Καὶ Κ. ἠγείται ἀπὸ εὐθείας τῆς Κέρκυρ, ἀλλ' οὐκ εἴρηται.* Cf. Et. Gud. 316, 39. — Scripsi *ἀγείται*, Schneidewin *ἀγῆται*.

Fr. 94. Et. M. 620, 35: *Ὄκκα δὲ τύνη εἴην· παρὰ Ἀλκμᾶνι, τὸ ὅτε ὅκα λέγει ἡ διάλεκτος, εἶτα διπλασιάσασα ὄκκα· Περὶ παθῶν.* At Apollon. de Adv. in Bekk. An. II 606: *ὅτε ὅκα καὶ μετὰ περισσοῦ τοῦ κ. ὄκκα δὴ γυνή.* — Scripsi *γυνά*.

Fr. 95. Eust. Il. 1547, 50: *Λέγει δὲ καὶ Ἀλκμάν· τὰν μοῦσαν καταύσεις ἀντὶ τοῦ ἀφανίσεις.* — *Μῶσαν* Welcker; *καταϋσείς* ego correxi. Sane Eustathius sive auctor quem sequitur refert ad *αὔειν urere*, itaque addit Atticos aspirare *καθαῦσαι*, hinc *ἀφανίσεις* interpretatur (cf. Hes. *καθαῦσαι· ἀφανίσαι*) atque ipse antea hoc secutus sum, tuitusque est Lobeck. Soph. Ai. p. 357 exemplis speciosis sane, sed disparibus. Quemadmodum *καταβοᾶν* et *κατακράζειν* dicuntur, ad eundem modum Alcman *κατανύειν* usurpavit, et cum futurum diacrisin retineat, omnis ambiguitas procul habetur.

Fr. 96. Schol. Hom. Il. *μ* 66: *οὕτως καὶ τὸ κλειτός, οὐδέτερον γὰρ γενόμενον βαρύνεται παρ' Ἀλκμᾶνι· τῷ ἐν Θεσσαλίῳ κλείτει.* Scripsi *τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ*, nisi malis *τῶν Θεσσαλίδων*; neque vero *κλεῖτος* hic *clivum* significat, quemadmodum *κλείτεα* (*κλίτεα*) dixit Apollon. Rh. I 599 (idem vocabulum correptum adhibuit Lycophr. 601. 737), sed idem est atque *κλέος*, componit enim Herodianus adiectiva oxytona et nomina barytona eiusdem stirpis, velut *μακρὸς* et *τὸ μάκρος*, *στεινὸς* et *τὸ στεῖνος*. adde schol. Il. *Ψ* 419. Alcman fortasse *κλήτει* scripsit, cf. Suid. *κλῆτος· δόξα*, contra Et. Gud. 327, 55 *κλῆτος* interpretatur *πλῆθος*. Hesychius, quem adhibuit Welcker, *κλειτή· κλίματι, γωνίᾳ· ἢ ἀγαθὴ δόξα· ἢ ὀνομαστή.* ut solet tria diversa vocabula coniunxit *κλείτει* vel *κλίτει* (Lycophr. *πρὸς κλίτει γεωλόφῳ*), *τὸ κλῆτος* et *ἡ κλητή*. Non recte Lobeck *Ῥηματικ.* 292 scribit *ἐν τῷ Θεσσαλικῷ κλείτει* et interpretatur *κλισμὸν Θεσσαλικόν*, Schneidewin coni. *παρ' Ἀλκμᾶνι ἐν τῷ ε'*, neque melius Dindorf *ἐν τῷ· Θεσσάλῳ κλείτει*. Alcman fortasse de magarum Thessalicarum fama verba facit quandoquidem magos e Thessalia ad mala averruncanda Lacones adhibere solebant, vid. Meineke Poet. Com. IV 705, quo rettulit etiam Hesychii glossam *Θεσσαλῶπις· ἐναγισμός τις παρὰ Λάκωσιν*, corrigens: *Θεσσαλιώτας· ἐναγισμός τις*.

97. [118.]

Λᾶδος εἱμένα καλόν.

98. [103.]

Καλλὰ μελισδομέναι.

99. [76.] 861

Τὰ Ϝὰ κάδεα.

100. [16.]

Τὸ νέκταρ ἔδμεναι.

101 A.

Ἀρτέμιτος θεράποντα.

101 B.

Etym. Flor. Miller Misc. 291 post explicationem vocis *ὑλακόμωροι*, quae legitur in Et. M. 776, 21 seq. exhibet haec: *καὶ Ἀλκμάν· μελισκόνα τὸν ἀμόρη*, quae nequeo expedire.

Fr. 97. Eust. Il. 1147, 1: *Λῆδος . . . ὃ Δωριεῖς λᾶδος φασίν, ὡς Ἀλκμάν, Λ. εἶ. ἡ. ὅ ἐστιν λήδιον ἐνδεδυμένη εὐειδές.* itaque *λήδιον* Didymus littera *Ἰῶτα* carere censuit, quam alii addere solebant, quemadmodum etiam Ahrens *λᾴδος* scripsit coll. Hesych. *λαΐδος, λῆδος, τριβώνιον.* Cf. M. Schmidt Didym. p. 342 qui in Philemonis verbis, quae Eustath. adscripsit, recte quidem iambici numeri vestigia animadvertit, sed non recte Byzantio qui politicis versibus usus sit vindicat, nam Philemon Atticista iambicis versibus praecepta de sermonis Attici consuetudine exposuit, vid. schol. Hephaest.: *ὡς τὸ φερόμενον δι' ἰάμβων Φιλήμονος τοῖς Ἀττικιστάῖς* (fort. *τοῦ Ἀττικιστοῦ*) *περὶ Ἀττικῆς ἀντιλογίας τῆς ἐν ταῖς λέξεσιν.*

Fr. 98. Etymol. M. p. 486, 39: *καλά· τὸ καλὰ παρὰ Ἀλκμᾶνι* (add. DM *καλὰ*, P *καλλὰ* ut conieceram) *ἐστίν, οἷον· καλὰ* (DP *κάλλα*) *μελ.* Cram. An. Par. IV 63, 13: *τὸ καλὰ παρὰ Ἀλκμᾶνι καλὰ ἐσὶν καὶ καλὰ μελισσομέναι.* scrib. *καλλὰ ἐστίν· καλλὰ μελισδομέναι.* Cf. Apollon. de adv. p. 565, 13.

Fr. 99. Apollon. de pron. 396 C: *Αἰολεῖς μετὰ τοῦ Ϝ κατὰ πᾶσαν πτῶσιν καὶ γένος· . . . καὶ Ἀλκμὰν δὲ συνεχῶς αἰολίζων φησὶ τὰ εα κάδεα.* — Scripsi *Ϝά*, Welcker et Bekker *Ϝεὰ*, quod debebat *ἐϜὰ* dici.

Fr. 100. Athen. II 39 A: *Οἶδα δ' ὅτι Ἀναξανδρίδης τὸ νέκταρ οὐ ποτόν, ἀλλὰ τροφὴν εἶναι λέγει θεῶν . . . καὶ Ἀλκμὰν δέ φησι· τὸ νέκταρ ἔδμεναι αὐτούς.* fortasse etiam *αὐτώς* poetae est. Cf. Eust. 1633, 1. Hartung *τὸ* delet.

Fr. 101 A. Eust. Od. 1618, 23: *κατὰ δὲ τὴν παρὰ Ἡρωδιανῷ Ἀλκμανικὴν χρῆσιν καὶ Ἀρτέμιδος Ἀρτέμιτος, οἷον· Ἀρτέμιτος θερ.* ubi scribendum videtur *Ἀρτάμιτος.*

102. [38.]

Plut. de mus. c. 14: *Οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός ... ἄλλοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεόν φασιν αὐλῆσαι, καθάπερ ἱστορεῖ ὁ ἄριστος μελῶν ποιητὴς Ἀλκμάν.*

103. [39.]

Schol. Theocr. V 83: *Πράξιλλα μὲν ἀπὸ Καρνείου φησὶν ὠνομάσθαι τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης υἱοῦ, ὃς ἦν ἐρώμενος τῷ Ἀπόλλωνι, (τὰ Κάρνεια), Ἀλκμὰν δὲ ἀπὸ Καρνέου* (P Ox. *Π Καρνίου, Καρανέου* Gen. a) *τινὸς Τρωικοῦ.* Fortasse Alcman *Κάρνον* dixit, quam formam Praxillae vindicat cod. Ambros., adversante Pausan. III 13, 5. Quod exhibent EFN *ἀπὸ Καρνέου τινὸς τοῦ υἱοῦ τῆς Δήμητρος* (*Δήμητρας* Ahrens), ineptum librariorum commentum, cui ansam dedit scholion *Δημήτριος δὲ ἀπό τοῦ κρᾶναι,* quod in Ambros. continuo subsequitur.

104. [41.]

Schol. Aristoph. Pac. 457: *Πρὸς τοὺς οἰομένους τῶν νεωτέρων τὸν αὐτὸν εἶναι Ἄρεα καὶ Ἐνυάλιον, κατ' ἐπίθετον· τινὲς δὲ Ἄρεως καὶ Ἐννοῦς τὸν Ἐνυάλιον, οἱ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας. Ἀλκμᾶνα δὲ λέγουσιν ὁτὲ μὲν τὸν αὐτὸν λέγειν, ὁτὲ δὲ διαιρεῖν.*

105. [43.]

Pausan. III 18, 6: *Ἐς Ἀμύκλας δὲ κατιοῦσιν ἐκ Σπάρτης ποταμός ἐστι Τίασα. Θυγατέρα δὲ νομίζουσιν εἶναι τοῦ Εὐρώτα τὴν Τίασαν· καὶ πρὸς αὐτῇ Χαρίτων ἐστὶν ἱερὸν Φαέννας καὶ Κλη-* 862
τᾶς, καθὰ δὴ καὶ Ἀλκμὰν ἐποίησεν.

106.

Athenagor. Legat. pro Christ. c. 14: *Ἀλκμὰν καὶ Ἡσίοδος Μήδειαν, καὶ* (duo codd. Clarom. *ἅ*) *Νιόβην Κίλικες* (*ἵδρυνται Θεούς*).

107. [46.]

Plut. de Herod. malign. c. 14: *Καίτοι τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀνδρῶν οὐχ Ὅμηρος, οὐχ Ἡσίοδος, οὐκ Ἀρχίλοχος, οὐ Πείσανδρος, οὐ Στησίχορος, οὐκ Ἀλκμάν, οὐ Πίνδαρος Αἰγυπτίου ἔσχον λόγον Ἡρακλέους ἢ Φοίνικος, ἀλλ' ἕνα τοῦτον ἴσασι πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιώτιον ὁμοῦ καὶ Ἀργεῖον.*

108. [49.]

Tzetz. in Il. 65 ed. Herm.: *Θαλῆς, Πυθαγόρας, Πλάτων τε καὶ οἱ Στωικοὶ διαφορὰν ἴσασι δαιμόνων τε καὶ ἡρώων· δαίμονας γὰρ φάσκουσιν ἀσωμάτους εἶναι οὐσίας· ἥρωας δὲ ψυχὰς σωμάτων διαζυγείσας. Ὀρφεὺς δὲ καὶ Ὅμηρος, Ἡσίοδός τε καὶ Ἀλκμὰν ὁ λυροποιὸς καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ ἀλληνάλλως ταῦτα ἐκδέχονται.* Fort. pertinet ad Fr. 69.

109. [54.]

Aelian. Var. Hist. XII 36: *Ἐοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ὑπὲρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις ... Ἀλκμὰν δέκα φησίν.*

110. [55.]

Aelian. Hist. Anim. XII 3: *Ὁμήρῳ μὲν οὖν φωνὴν Ξάνθῳ τῷ ἵππῳ δόντι συγγνώμην νέμειν ἄξια· ποιητὴς γάρ· καὶ Ἀλκμὰν δὲ μιμούμενος ἐν τοῖς τοιούτοις Ὅμηρον οὐκ ἂν φέροιτο αἰτίαν· ἔχει γὰρ ἀξιόχρεων εἰς αἰδῶ τὴν πρωτίστην τόλμαν.*

111. [119.]

Eust. Il. 1154, 25: *Καὶ ὅτι ἀκμονίδαι οἱ οὐρανίδαι δηλοῦσιν οἱ παλαιοί, ὡς δὲ Ἄκμονος ὁ οὐρανὸς ὁ Ἀλκμάν φασιν ἱστορεῖ.* Sed videtur *Ἄκμων* scripsisse, ita non solum Eudoc. 26: *ὡς δὲ Ἄκμων ὁ οὐρανὸς ὁ Ἀλκμὰν ἱστορεῖ*, sed etiam ipse Eust. 1150, 59: *ὁ τοῦ Κρόνου πατὴρ Ἄκμων ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς τοῦ οὐρανοῦ φασὶν ἀκαμάτου φύσεως.* neque tamen ista interpretatio satis habet auctoritatis, nisi quod Hesych.: *ἄκμων· ἀπαθής· Κρόνος· οὐρανός.* Alii potius Coeli patrem ferunt, quemadmodum Et. M. 49, 47, qui ex scholiis Homericis eadem fere quae Eust. 1150 exhibet, *ὁ τοῦ Οὐρανοῦ πατήρ* dicit, Bekk. An. I 367, 12, Hesychius: *Ἀκμονίδης ὁ Χάρων καὶ ὁ Οὐρανός· Ἄκμονος γὰρ παῖς,* 863
Cornut. de Deor. nat. c. 1: *τινὲς δὲ τῶν ποιητῶν Ἄκμονος αὐτὸν (Οὐρανὸν) ἔφασαν εἶναι υἱόν.* Hesiodi versum affert Schol. Simmiae ap. Iacobs Anth. Pal. T. III 824: *Ἀκμονίδαν δὲ τὸν οὐρανόν, Ἡσίοδος· Γαῖα μὲν Ἄκμονα ἔτικτεν, ἀπὸ δ' Ἄκμονος οὐρανός*, quibus Comes Natalis si recte memini addit *ἔσκεν*. Suspicatus aliquando sum Alcmanis hunc esse versum, id quod etiam Hermann Op. VI 271 censuit, sed potius ex *Titanomachia* petitus, quam videntur nonnulli Hesiodo tribuisse, vid. Cram. An. Ox. I 75, 12: *οἱ δὲ ἄκμονα τὸν αἰθέρα, αἰθέρος δ' υἱὸς Οὐρανός, ὡς ὁ τὴν Τιτανομαχίαν γράψας* (sec. Philodemum *π. εὐσ.*

p. 61 huius carminis auctor omnium rerum primordia repetiit ab Aethere). Etiam Antimachus fr. 42 Coelum *Ἀκμονίδην* appellat, Charon autem dictus est eodem nomine propterea, quoniam malleo armatus ferebatur. Ceterum cf. Roth in Kuhnii diario II 44 seq. De Acmone etiam O. Schneider Callim. II p. 415 disseruit.

112. [86.]

Athen. XIV 624 B: *Ταύτην δὲ τὴν ἁρμονίαν Φρύγες πρῶτοι εὗρον καὶ μετεχειρίσαντο, διὸ καὶ τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν αὐλητὰς Φρυγίους καὶ δουλοπρεπεῖς τὰς προσηγορίας ἔχειν, οἷός ἐστιν ὁ παρὰ Ἀλκμᾶνι Σάμβας καὶ Ἔδων καὶ Τῆλος* (fort. *Τύλος* legendum).

113. [57.]

Schol. Hom. Il. *γ* 250: *Μήτηρ Πριάμου, ὥς φησι Πορφύριος ἐν τῷ περὶ τῶν παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων, κατὰ μὲν Ἀλκμᾶνα τὸν μελοποιόν, Ζευξίππη, κατὰ δὲ Ἑλλάνικον, Στρυμώ* (D et cod. Vindob. n. 49 *Τρυμώ*). Cf. Eudoc. 194.

114. [58.]

Plut. de mus. c. 5: *Τοῦ δὲ Πολυμνήστου καὶ Πίνδαρος καὶ Ἀλκμὰν οἱ τῶν μελῶν ποιηταὶ ἐμνημόνευσαν.* non recte O. Müller *Alcaei* nomen substituere voluit Dor. II 315.

115. [61.]

Schol. Aristid. III 490: *Ὁ Κρὴς δὴ τὸν πόντον· παροιμία ἐπὶ τῶν εἰδότων μέν, προσποιουμένων δ' ἀγνοεῖν· ἀντὶ τοῦ νησιώτης ἀγνοεῖ τὴν θάλατταν. ... λέγεται δὲ ἡ παροιμία καὶ οὕτως· ὁ Σικελὸς τὴν θάλατταν. Σὺ ὅρα* (sic A, *σύρας* BD Oxon., tanquam proprium hominis nomen, *σῦκα* videntur legisse Apostol. XIII 6, Arsen. 388): *γάρ, φασί, τις Σικελὸς ἐμπορευόμενος καὶ ναναγήσας, εἶτα ἐκπεσών, ἐπὶ πέτρας καθήμενος, ὡς γαληνιῶσαν εἶδε τὴν θάλατταν, οἶδά φησιν ἃ βούλει, βούλει γὰρ καὶ αὐτόν με λαβοῦσα καταποντίσαι· ἐγὼ δὲ νῆσον οἰκῶν ἐκ παιδὸς οἶδα τὰ σὰ σοφίσματα. Ἀλκμὰν δὲ ὁ λυρικὸς μέμνηται τῆς παροιμίας.* Alcmanis testimonium haud dubie ad pervagatum illud *Ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὰν θάλασσαν* (Strabo X 482), non ad novicium *ὁ Σικελὸς τὴν θάλασσαν* revocandum. Sed Alcmanis loco *Alcaeum* testem adhibet Zenob. V 30: *Ὁ Κρὴς τὴν θάλατταν ἐπὶ τῶν ἐν οἷς διαφέρουσι, ταῦτα φεύγειν προσποιουμένων ἡ παροιμία ἐστίν,*

ἐπειδὴ ναυτικώτατοι οἱ Κρῆτες ἐγένοντο· μέμνηται ταύτης Ἀλκαῖος, ut utri fides sit habenda, nescias.

116. [62.]

864

Aristid. II 272: *Ἀλλ' ὅμως ἐῶ ταῦτα Πλάτωνος χάριν· ἔστω τὸ γειτόνημα ἁλμυρόν, ὥς φησιν*, ubi Schol. T. III 635: *Ἁλμυρὸν γειτόνημα· Ἀλκμὰν ὁ λυρικὸς τοῦτο εἶπεν· ἀντὶ τοῦ τί κακόν ἐστιν γείτονα ἔχειν τὴν θάλασσαν, ἢ ὅτι ἡ λέξις Πλατωνική ἐστιν.* Cf. Apostol. II 23. Arsen. 43 (*Ἁλμυρὸν γειτόνημ' ἔμβλεπε πόρρω*).

117. [15.]

Athen. I 31 C: *Ἀλκμάν που ἄπυρον οἶνον καὶ ἄνθεος ὅσδοντά φησι τὸν ἐκ Πέντε λόφων, ὅς ἐστι τόπος Σπάρτης ἀπέχων στάδια ἑπτὰ* (ξ C) *καὶ τὸν ἐκ Δενθιάδων, ἐρύματός τινος, καὶ* (om. D; verba *καὶ τὸν ἐκ Καρύστου . . . Ἀρκαδίας* hic collocavit Porson, vulgo leguntur post *Σταθμίταν*) *τὸν ἐκ Καρύστου, ὅς ἐστι πλησίον Ἀρκαδίας, καὶ τὸν ἐξ Οἰνοῦντος καὶ τὸν ἐξ Ὀνόγλων καὶ Σταθμῶν. χωρία δὲ ταῦτα, τὰ καὶ* (verba *τὰ καὶ* plane delenda videntur), *πλησίον Πιτάνης· φησὶ γοῦν· Οἶνον δ' Οἰνουντιάδαν* (*Οἰνουντιάδην* vulgo, *Οἰνουντιάδα* B. cf. Plut. vit. Lyc. 6)· *ἢ Δένθιν ἢ Καρύστιον ἢ Ὄνογλιν ἢ Σταθμίταν. ἄπυρον δὲ εἶπε τὸν οὐχ ἑψημένον· ἐχρῶντο γὰρ ἑφθοῖς οἴνοις. Καρύστιον οἶνον* ex Alcmane affert Strabo X 446, Eust. Il. 281, 10, Steph. Byz. v. *Κάρυστος*, illud autem *ἄνθεος ὅσδοντα* affert Eust. 1449, 12 et 1633, 51. Pro *Ὄνογλιν* Casaubonus *Ὀνογλίταν* probante Meinekio, sed tuetur paradosin Hesych.: *Ὀνίγλιν· εἶδος οἴνου*, qui huc respicit etiam s. v. *Δένθις*. Poeta fort. scripsit:

Οἶνον δ' (αἰνῆν) Οἰνουντιάδαν
ἢ Δένθιν ἢ Καρύστιον ἤτοι Ὄνογλιν
ἢ Σταθμίταν ἢ 'κ Πέντε λόφων
ἄπυρόν τε καὶ ἄνθεος ὅσδοντ' . . .

Fuit haud dubie olim *Ϝοῖνον* et *Ϝοινοντιάδαν* scriptum. De origine vocis *οἶνος* varia commenti sunt nostri, alius aliter primordia humani generis ad suum arbitrium exornantes, scilicet non animadverterunt, *οἶνος οἰνώδης* qui diceretur ab Hippocrate.

118.

Aristid. II 508: *Ἐτέρωθι τοίνυν καλλωπιζόμενος παρ' ὅσοις εὐδοκιμεῖ (Ἀλκμάν), τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἔθνη καταλέγει, ὥστ' ἔτι*

νῦν τοὺς ἀθλίους γραμματιστὰς ζητεῖν, οὗ γῆς ταῦτ' εἶναι, λυσιτελεῖν δ' αὐτοῖς καὶ μακράν, ὡς ἔοικεν, ἀπελθεῖν ὁδὸν μᾶλλον ἢ περὶ τῶν Σκιαπόδων ἀνήνυτα πραγματεύεσθαι. Alcman praeter varias gentes, apud quos nomen suum clarum esse iactabat, etiam fabulosum hominum genus commemoraverat Στεγανόποδας, vid. Strabo I 43: Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν, Ἡμίκυνας λέγοντος καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους, οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ Ὁμήρου ταῦτα μυθεύοντος, ὧν εἰσὶ καὶ οὗτοι οἱ Πυγμαῖοι, οὐδ' Ἀλκμᾶνος Στεγανόποδας ἱστοροῦντος κτλ. Similia ibid. VII 299: Ἀλκμᾶνα δὲ στεγανόποδας (λέγειν). Adde Cram. An. Ox. III 370, 8. Vulgo aves palustres dici solebant στεγανόποδες ὄρνιθες (vid. Arist. Hist. An. II 12. VIII 3. Hesych. στεγανόποδες ὄρ- 865
νιθες). Alcman autem non hac forma videtur usus esse, sed aut Στεγανάποδας aut Στεγνόποδας dixit. Idem vero fortasse praeterea alias fabulosas gentes recensuit, quarum magnum numerum exhibent Strabo II 70, XV 711 et Tzetz. Chil. VIII 629 seq., ubi qui v. 767 μονοτοκῆται dicuntur, emendandum est Ἐνωτοκοῖται, ut recte vidit Lobeckius, quemadmodum iam Kiesslingius idem nomen v. 638 restituit, cf. Nonni XXVII 94: ἀνέρες Οὐατοκοῖται, οἷσι θέμις δολιχοῖσιν ἐπ' οὔασιν ὕπνον ἰαύειν· eosdem nugator aliquis inseruit gentium Asianarum catalogo in Xenoph. Anab. VII 8, 25: καὶ Κόλχοι καὶ Μοσσύνοικι καὶ Κοῖτοι (s. Κοῖται), nam καὶ Ἐνωτοκοῖται ibi scribendum, nisi malis Χαμαικοῖται. Ac nescio an similiter decipi se passus sit Plinius Hist. N. IV 83, ubi in portentosa librorum scriptura *Enocchadloe* (*enoaedioae* al.) non *Hellenoscythae*, ut Urlichs coniecit, sed hoc ipsum nomen videtur delitescere, ac fortasse idem adscriptum fuit Christi imagini, quam Tertull. apol. 16 et ad nat. 114 descripsit. — Ceterum de hoc Alcmanis carmine disputavit Schneidewin ad Orion. p. 20 seqq. cf. etiam supra fr. 25. Fortasse huc pertinet etiam Hesychii glossa Τιθωνόκομον ἔθνος.

119. [9.]

Diod. Sicul. IV 7: Περὶ δὲ τῶν Μουσῶν, ἐπειδήπερ ἐμνήσθημεν ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου πράξεσιν, οἰκεῖον ἂν εἴη διελθεῖν ἐν κεφαλαίοις· ταύτας γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν μυθογράφων καὶ μάλιστα οἱ δεδοκιμασμένοι φασὶ θυγατέρας εἶναι Διὸς καὶ Μνημοσύνης, ὀλίγοι δὲ τῶν ποιητῶν, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ Ἀλκμάν (Ἀλκμαίων FG), θυγατέρας ἀποφαίνονται Οὐρανοῦ καὶ Γῆς. Cf. Schol. Pind. Nem. III 16. Sed ipse Alcman fr. 45 et 59 Iovis filiam Musam appellat. Apud Clem. Al. Protr. 19: τὰς δὲ Μούσας, ἃς Ἄλκαν-

δρος Διὸς καὶ Μνημοσύνης γενεαλογεῖ, nescio an Ἀλκμὰν scribendum sit.

120. [96.]

Hesych.: Ἄάνθα (vulgo Ἄανθα)· εἶδος ἐνωτίου παρὰ Ἀλκμᾶνι ἢ Ἀριστοφάνει. Eadem Cram. An. Par. IV 84, 18 ubi ἀάνθα. ... ἢ Ἀριστοφάνει, corrigunt καὶ Ἀρ., conieci ὡς Ἀριστοφάνης, ut grammatici glossae Laconicae intelligantur, nisi forte Aristophanis commentarius intelligendus est, vide fr. 16 col. I v. 32.

121.

Cram. An. Ox. I 55, 7: Ἀγάζω ... τὸ θαυμάζω, ὅπερ παρὰ ἀγῶ, ἔστιν δὲ παρ' Ἀλκμᾶνι· Αὐτὸν ἀγᾷ. Videtur ipsum hunc versum adhibere Herodian. π. μ. λ. 22, 15: ἔστι γὰρ καὶ περισπώμενον ἐπὶ δευτέρας συζυγίας (ἀγῶ)· εὖτ' ἂν τῆδ' ἄγε χρέος ἄνδρας. Fort. scrib. εὖτ' ἂν τόδ' ἀγᾷ χρέος ἀνήρ, sed Doris ἀγῇ flagitat, itaque nihil audeo decernere. Hartung haec ab Alcmane aliena censet, corrigens τόδ' ἄγῃ ... ἄνδρας, quod sane Apollonii locus Argon. I 236 commendare videtur εὖτ' ἂν ἄγῃ χρέος ἄνδρας ὑπείρ ἄλα ναυτίλλεσθαι, sed adversatur Herodiani auctoritas. Lehrs Callimacho tribuit, εὖτ' ἂν τόδ' ἀγᾷ χρέος ἀνδρός scribens, cui assensus est O. Schneider, nisi quod ἄνδρας tuetur.

122. [115.] 866

Eust. Π. 314, 41: Ἀγέρωχοι δὲ οἱ ἄγαν γέρας ἔχοντες ... δηλοῖ δέ φασιν οὕτως ἡ λέξις τοὺς σεμνούς, ὡς Ἀλκμὰν βούλεται, Ἀλκαῖος δέ φασι καὶ Ἀρχίλοχος ἀγέρωχον τὸν ἄκοσμον καὶ ἀλαζόνα οἶδε. Proprie dicebantur tauri grege superbientes, nam idem est quod ἀγέλαυχοι.

123. [99.]

Etym. M. 22, 30: Ἄζω ... ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν λέγει, ὅτι παράγωγόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ἄγος ἀγίζω καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄζω ... πόθεν δὲ δῆλον ἐκ τοῦ τὸν Ἀλκμᾶνα εἰπεῖν ἀγίσδεο ἀντὶ τοῦ ἄζεο, sed Va: ἀγίσδεο αὐτός· ἀντὶ γὰρ τοῦ ἀγίζεο καὶ ἄζω ἤτοι ξηραίνου εἰπεῖν, ἀγίσδεο εἶπεν. Fort. ἀγίσδεο δ' αὖτως.

124. [88.]

Steph. Byz. Αἰγιαλός ... τὸ ἐθνικὸν Αἰγιαλεύς, τὸ θηλυκόν Αἰγιάλεια καὶ Αἰγιαλὶς παρὰ Ἀλκμᾶνι.

125.

Argum. Theocr. XII: *Καὶ Ἀλκμὰν τὰς ἐπεράστους κόρας ἀΐτας* (cod. Ambr. *ἀείτας*) *λέγει*, ubi L. Vat. 3: *Ἀλκμὰν δὲ τὰς ἀΐτας χορδὰς ἀπεράστους φησίν.* Corrigo *ἀΐτιας κορδάς*, cf. Etym. M. 43, 40: *Ἀϊτίας χορδάς· σημαίνει δὲ τὰς ἐρωτικάς, Ἡρωδιανὸς προπαροξυτόνως λέγει ἀπὸ τοῦ αἴτις αἴτιδος, αἴτιδας καὶ ἀποβολῇ τοῦ δ. οἱ δὲ περὶ Ὧρον λέγουσιν, ὅτι εἰ ἦν οὕτως, οὐκ ὤφειλεν ἀποβάλλειν τὸ δ, τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς ις θηλυκῶν οὐκ ἀποβάλλουσι τὸ δ. ἄμεινον οὖν παροξύνειν ἀπὸ τοῦ ἀΐτης.* Cf. ibid. Gaisford et Et. Gud. 23, 3 et 12. Hartung *ἀϊτίας κόρας* praefert.

126.

Hesych.: *Ἀλίβαπτον* (cod. *ἁλιβάπτοις*, fort. *ἁλιβάπτοις· πορφυροῖς καὶ ἁλίβαπτον*)· *πορφυρᾶν ὄρνιν. Ἀχαιὸς καὶ Ἀλκμάν* (cod. *ἀλ. μάς*). Schmidt scripsit *ἁλιβάπτοις· πορφυροῖς*, quemadmodum ap. Etym. 62, 45 extat, reliquis deletis, nam *Achaei* nomen ad aliam glossam *ἁλιάποδα* refert, *Alcmanis* autem nomen omnino alienum esse censet, corrigens *καὶ ἁλίβας.*

127. [89.]

Steph. Byz.: *Ἀννίχωρον· μέμνηται Ἀλκμάν· οἱ οἰκοῦντες Ἀννίχωροι καὶ Ἀννίχωρες, πλησίον Περσῶν κείμενοι.*

128 A.

Steph. Byz.: *Ἀράξαι ἢ Ἄραξοι ἔθνος Ἰλλυρίας, ὡς Ἀλέξαν-* 867
δρος Κορνήλιος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων.

128 B. [90.]

Steph. Byz.: *Ἄρυβα· τὸ ἐθνικὸν Ἀρύβας· οὕτω γὰρ Ἀλκμάν.* Ita Gronov, A *Ἄρρυβα* et *Ἀρρύβας*, RV *Ἄρρυββα* et *Ἀρρύββας*, Westermann *Ἄρυββα* et *Ἀρύββας*.

129. [91.]

Steph. Byz.: *Ἀσσός ... Ἀλέξανδρος δ' ὁ Κορνήλιος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς ἱστορημένων Μιτυληναίων ἄποικον ἐν τῇ Μυσίᾳ φησὶν Ἀσσόν, ὅπου ὁ σαρκοφάγος γίγνεται λίθος.*

130.

Hesych.: *Βλὴρ* (*βλῆρ*) *δέλεαρ· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἄσθμα* (*αἶθμα* corr. Schmidt collato Hesych. *αἶθμα· δέλεαρ*)· *παρὰ Ἀλκμαίωνι ἡ λέξις.* Schow *Ἀλκαίῳ*, et Aeolicum vocabulum dicitur in Et. M. 200, 27; *Alcmani* tribuit Meineke, quem secutus sum, quandoquidem Et. M. non Aeolensibus tribuit vocem, sed *Αἰολικὴν τροπὴν* agnoscit, neque quod Sophro Syracusanus *δελήτιον* dixit, Alcmani *βλῆρ* abiudicandum, quem saepe *αἰολίζειν* testantur grammatici, sed optionem difficilem esse confiteor. Nam *δέλεαρ*, quod nostri homines a voce *δόλος* repetunt (idem veriloquium praeter alia iam veteres commendaverunt) descendit a verbo *βάλλω*, quod Arcades *δέλλω* pronuntiaverunt, quemadmodum *ὀβελὸν* ab eadem stirpe ortum Dorienses *ὀδελόν* dixerunt; itaque *βλῆρ* tam Aeolensibus quam Doriensibus licet vindicare: omnino in vocabulis, quorum origo mature est oblitterata, admodum variant dialecti, neque decet talia ad normae constantiam exigere.

131. [92.]

Steph. Byz. v. *Γάργαρα. ... Ἀλκμὰν δὲ θηλυκῶς τὴν Γάργαρόν φησιν.*

132. [101.]

Etym. M. 228, 35: *Γεργύρα· ὁ ὑπόνομος, κυρίως δι' οὗ τὰ ὕδατα φέρεται τὰ ὄμβρια, γεώρυγά τινα ὄντα, τὰ ὑπὸ γῆν ὀρύγματα, καὶ κατὰ συγκοπὴν καὶ μετάθεσιν καὶ διπλασιασμὸν γεργύρα· ζήτει εἰς τὰ Γόργυρα· ὁ δὲ Ἀλκμαν διὰ τοῦ ε γεργύρα* (*γέργυρα*) *φησί.* Cf. Bekk. An. I 233, 27.

133. [125.]

Sch. Lucian. Anach. c. 22 (Bachm. An. II 339): *Γέρρον ... Ἀλκμὰν δὲ ἐπὶ τῶν οἰστῶν τέθεικε τὴν λέξιν.*

134. [93.]

Steph. Byz. v. *Γραικός. ... Γραῖκες* (A *Γραῖες*) *δὲ παρὰ Ἀλκμᾶνι αἱ τῶν Ἑλλήνων μητέρες ... ἔστι δὲ ἡ μεταπλασμὸς ἢ τῆς Γραῖξ εὐθείας κλίσις* [*ἐστίν*].

135. 868

Bekk. An. II 949: *Τὸ δοὰν παρ' Ἀλκμᾶνι Δωρικῶς ὀξύνεται, γεγονὸς οὕτω· δήν, δάν, δοάν.* Cf. Io. Alex. p. 42. Adde Apollon.

de adv. Bekk. An. II 570: *καὶ τὸ δὰν πλεονάσαν τῷ ō οὐκ ἀντέκειτο*, ubi cum Schoemanno *δοὰν* restituendum.

136 A. [94.]

Steph. Byz.: *Ἰσσηδόνες· ἔθνος Σκυθικόν. . . . Ἀλκμὰν δὲ μόνος Ἐσσηδόνας* (sic R, *Ἀσσεδόνας* A, *Ἀσεδόνας* V) *αὐτοὺς φησιν· εὑρίσκεται δὲ ἡ δευτέρα παρ' ἄλλοις διὰ τοῦ ē.*

136 B.

Et. Flor. Miller Misc. 136: *τὸ δὲ ζάτραφα παρὰ Ἀλκμᾶνι κανονιστέον κατὰ μεταπλασμὸν ἀπὸ τοῦ ζάτροφον.*

137. [102.]

Etym. M. 420, 48: *Ἥδυμος . . . τὸ δὲ ὑπερθετικὸν ἡδυμέστατον Ἀλκμὰν ἔφη*, Schneidewin *ἀδυμέστατον.*

138. [122.]

Eustath. Od. 1892, 44: *Ἔτι ἰστέον, καὶ ὅτι τὸ εἰρημένον ἦν ἐπὶ τρίτου ἑνικοῦ προσώπου ὁ Ἀλκμὰν ἧς λέγει, μετειλημμένου τοῦ ν εἰς σ Δωρικῶς ὡς ὁ Ἡρακλείδης παραδίδωσιν.* Cf. Favor. 234.

139.

Cram. An. Ox. I 190, 20: *Ἠτὶ δὲ λέγει Ἀλκμὰν ἀντὶ τοῦ ἦσίν.*

140.

Cram. An. Ox. I 55, 21: *Σεσημείωται τὸ κάρχαρος . . . καὶ τὸ θηλυκὸν παρ' Ἀλκμᾶνι· καρχάραισι φωναῖς. καὶ ἐπίρρημα καρχαρῶς.* Legebatur *καρχάρεσσι.*

141. [117.]

Eust. Il. 756, 30: *Ἀντιθέσει τοῦ ν εἰς λ, ᾧ ἀντιστοιχοῦσι Δωριεῖς ἐν τῷ φίλτατος φίντατος . . . ἕλετο, ἔντο, καὶ Δωρικῶς γέντο, κέλετο, κέντο παρὰ Ἀλκμᾶνι.* Alcmanis verba cum non sint adscripta, non licet diiudicare, rectene an secus grammaticus hoc edixerit. Nam potest *κέντο* etiam a stirpe *KEN* repeti, unde *κένσαι, κέντωρ, κέντρον, κεντέιν*, et composita *Κενθίππη, Κένταυρος* descendunt, ut Alcman media forma vice agentis sit usus. Neque recte idem grammaticus Homericum *γέντο* ad *ἕλετο* rettulit, quod G. Curtius recte vidit descendere ab ea stirpe, quam Cypriorum vocabula *ἀπόγεμε* (*ἄφελκε*) et *ὔγγεμος* (*συλλαβή*) osten-

tant: mediam formam firmat quamvis corrupta Hesychii glossa: *γέννου· Κύπριοι, καὶ λάβε καὶ κάθιζε*, ubi duo diversa vocabula composita esse apparet, *γέμου* i. e. *λάβε*, alterum oblivium *γενοῦ* a *γόνυ* descendens i. e. *γόνυ κάμψον, κάθιζε*, quemadmodum *γουνοῦσθαι, congeniculare, ingeniculare* dicitur.

142. [104.]

Zonar. 1190: *Κερκολύρα, οὕτως ὁ Ἀλκμὰν ἐχρήσατο ἀντὶ τοῦ κρεκολύρα, ἔστι δὲ τοῦτο πάθος· τὸ δὲ κερκολύρα ἠχητικὴ λύρα. τὸ γὰρ κρέκε, κρέκε ἦχός ἐστι τῆς κιθάρας.* Adde Et. M. 506, 17: *Κέρκος· θηλυκῶς σκεῦός τι, ὥσπερ καὶ τρίπους ἡ θύρα χαλκῆ. Κερκολύρα* (hoc vulgo deest, sed add. DPM, cf. Mingarelli cod. Nan. 496)· *οὕτως ὁ Ἀλκμὰν ἐχρήσατο.* ut haec sit nova glossa. Prior glossa *Κέρκος* totidem verbis legitur in Bekk. An. I 271, 11. Ceterum cf. etiam Suid. *Κερκολύρα· ὄνομα τόπου*, ubi fort. *τόνου* legendum.

143. [84.] 869

Athen. III 81 D: *Κυδωνίων δὲ μήλων μνημονεύει Στησίχορος ἐν Ἑλένῃ οὕτως ... καὶ Ἀλκμάν.*

144.

Schol. Hom. Od. *ψ* 76: *Ὁ δὲ Ἀλκμὰν καὶ τὰς γνάθους μάστακάς φησι παρὰ τὸ μασᾶσθαι.*

145.

Etym. Gud. 395, 52: *Μνήμη, μενήμη· ... Ἀλκμὰν δέ, φασί, δόρκον αὐτὴν καλεῖ· βλέπομεν γὰρ τῇ διανοίᾳ τὰ ἀρχαῖα.* Eadem duo codd. Par. not. ad Et. M. 589, 16. Emperius coni. *παλίδορκον*, O. Müller *φρασίδορκον*, Hartung *παλαιόδορκον*.

146 A.

Appendix Achill. Tat. Isag. c. 2 p. 166 Petav.: *ὥς που καὶ Ἀλκμὰν ὁμοστοίχους ἐκάλεσε τὰς ἐν τάξει χορευούσας παρθένους.*

146 B. [112.]

Schol. Hom. Il. *ρ* 40: *Τὰ γὰρ εἰς τις λήγοντα θηλυκὰ δισύλλαβα, μὴ ὄντα ἐπιθετικά, παραληγόμενα δὲ τῷ ο ἤτοι μόνῳ ἢ σὺν ἑτέρῳ φωνήεντι, ὀξύνεσθαι θέλει, κοίτις, Προίτις, φροντίς, οὐτὶς τὸ ζῶον παρ' Ἀλκμᾶνι.* Cf. Arcad. 35, 3.

147 A.

Et. Flor. Miller Misc. 243: *πήρατα, πέρατα· καὶ παρ' Ἀλκμᾶνι· πέρασα παθῶν.* Fortasse scribendum: *πῆρας (ἔβ)α παθῶν.*

147 B. [95.]

Steph. Byz.: *Πιτυοῦσσαι· νῆσοι διάφοροι, ἃς Πιτυώδεις καλεῖ Ἀλκμάν.* Cf. Eust. Il. 355, 45.

148.

Cram. An. Ox. I 343, 11: *Καὶ πλῆτρον τὸ πηδάλιον καὶ ὑποκοριστικῶς εἶπεν Ἀλκμὰν πλήθριον*, scr. *πληθρίον*. cf. Ammon. p. 109. Fortasse petitum ex carmine, in quo Ulixis errores descripsit, vid. fr. 28.

149. [107.]

Et. M. 663, 53: *Περίηρος, ἐκ τοῦ Περιήρης, ἄρον τὸ η̄ Περίηρος· ταύτῃ ἐὰν σοι προτεθῇ παρ' Ἀλκμᾶνι, ὅτι, κλῖνον αὐτό, μὴ κλίνῃς· οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ ἡ κατάληξις, εἰ γένοιτο Περιήρους, πρὸς τὴν Περιήρης εὐθεῖαν. Περὶ παθῶν.* Lobeck Proleg. Path. 282 coniecit poetam *Περίηρ* scripsisse, ut *Περίηρος* a grammaticis sit profectum. Pertinet fort. ad Hymnum in Dioscuros, fr. 12 seq. nam pater Tyndari fuit.

150. [98.]

Hesych.: *Νηρεύς· θαλάσσιος δαίμων· Ἀλκμὰν καὶ Πόρκον ὀνομάζει.*

151. [44.] 870

Suid. v. *χθονία· ... καὶ παρ' Ἀλκμᾶνι δέ, ὅτε φησὶ χθόνιον τέρας ἐπὶ τῆς Ἔριδος, τινὲς ἀντὶ τοῦ στυγνὸν ἐδέξαντο, ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ μέγα, ἐπεὶ πρὸς αὐτὴν λέγει.*

152. [108.]

Suid. v. *ψιλεύς· ἐπ' ἄκρου χοροῦ ἱστάμενος· ὅθεν καὶ φιλόψιλος παρὰ Ἀλκμᾶνι, ἡ φιλοῦσα ἐπ' ἄκρου χοροῦ ἵστασθαι.* Cf. Phot. 654, 15.

153. [110.]

Schol. Hom. Il. *μ* 137: *ἴσως δὲ βεβαρυτόνηται, ἐπεὶ καὶ τὸ ναῦος ἐβαρύνετο, καὶ τὸ Τραῦος κύριον καὶ τὸ ψαῦος παρ' Ἀλκμᾶνι.*

Bekker An. II 855: *Ὁ ὑποκορισμὸς ὄνομά ἐστι μικρότητος ἐμφαντικὸν καὶ κόραις ἐοικός· λαμβάνεται δὲ ἕνεκεν τοῦ πρέποντος, ὡς παρ' Ἀλκμᾶνι· * * * κόραι γὰρ αἱ λέγουσαι.* Exemplum aliquod excidit, atque etiam nunc reliquiae huius poetae abundant deminutivis vocabulis. Ceterum cf. Cramer. An. Ox. IV 273, 12: *ἢ διὰ τὸ πρέπον, ὡς παρὰ Ἀλκμᾶνι εὕρομεν* (legebatur *ἔχοντι* sed infra 329, 11 ubi eadem repetuntur *παραλκὰν εὕρομεν* extat) *τὰς παρθένους ὑποκοριστικαῖς χρωμένας λέξεσι· πρέπει γὰρ τοῦτο παρθένοις.* — *Alcmanis* fortasse nomen *Alcaeo* cessit (quae nomina a librariis saepius sunt permutata): vid. fr. Alcaei 115 et 144. — Nauck Alcmanis nomen restituendum censet apud Herodianum *π. μον. λέξ.* 9, 31: *Εὐρυπῶν· Ἀλκμάν· Οἵσι δ' Εὐρυπῶν*, ubi legitur *εὐρυπῶν ἀλκμοῖς ἥδε ῥυπῶν*, contra Lehrs edidit *Εὐρυπῶν· Λακεδαιμονίοις Εὐρυπωντίδαι.* Locus nondum persanatus. — Schol. Hippocrat, V 484 ed. Littré Alcmani tribuit versum: *ὡς καὶ Ἀλκμάν φησιν· ἐν μὲν ἀνθρώπῳ ὀργαὶ κεκριμέναι μυρίαι*, hoc est:

Ὀργαὶ μὲν ἀνθρώπων διακεκριμέναι μυρίαι.

at hic versus vel propter numerorum indolem Alcmani abiudicandus recteque ab aliis Bacchylidi tribuitur, vid. Bacch. fr. 44.

Sosibius cum in Alcmanem scripserit commentarios (vid. supra fr. 20 et 75 et 90), fortasse etiam alia quaedam, quae probabiliter referas illuc, ex poetae Laconis carminibus petita sunt, velut legitur ap. schol. Theocr. V 91: *Σωσίβιος δὲ τὰς ἀνεμώνας παρὰ Λάκωσι Φαλινίδας καλεῖσθαί φησιν* (ubi cod. Ambr. *καλεῖ*). item apud Hesych. *Σάνδυξ· δένδρον θαμινῶδες, οὗ τὸ ἄνθος χροιὰν κόκκῳ ἐμφερῆ ἔχει, ὡς Σωσίβιος.* nam quod ibidem est *περφίλα· Σωσίβιος, κύριον ὄνομα*, potuit in alio grammatici libro mentio fieri nominis, quod Laconicum esse constat, vide titulum ap. Welckerum Opusc. III 251, 22.

ARION.



Arion. Aelian. Hist. An. XII 45: *Τὸ τῶν δελφίνων φῦλον ὡς εἰσι φιλῳδοί τε καὶ φίλαυλοι, τεκμηριῶσαι ἱκανὸς καὶ Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος, ἔκ τε τοῦ ἀγάλματος τοῦ ἐπὶ Ταινάρῳ, καὶ τοῦ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντος ἐπιγράμματος· ἔστι δὲ τὸ ἐπίγραμμα·*

Ἀθανάτων πομπαῖσιν Ἀρίονα, Κύκλονος υἱόν,
Ἐκ Σικελοῦ πελάγους σῶσεν ὄχημα τόδε.

Ὕμνον δὲ χαριστήριον τῷ Ποσειδῶνι καὶ μάρτυρα τῆς τῶν δελφίνων φιλομουσίας, οἷονεὶ καὶ τούτοις ζωάγρια ἐκτίνων, ὁ Ἀρίων ἔγραψε· καὶ ἔστιν ὁ ὕμνος οὗτος· Ὕψιστε κτλ. Arioni carmen abiudicat Boeckh in Actis Acad. Berol. 1836, 74, antiquioris tamen poetae esse statuit, cf. Welcker Opusc. I 95. Etiam Bunsen (Gott in der Weltgesch. I 374)

Ὕψιστε θεῶν, 872
πόντιε χρυσοτρίαινα Πόσειδον,
γαιάοχ', ἐγκύμον' ἀν' ἅλμαν·
βραγχίοις περὶ δὲ σὲ πλωτοί
θῆρες χορεύουσι κύκλῳ,
κούφοισι ποδῶν ῥίμμασιν
ἐλάφρ' ἀναπαλλόμενοι, σιμοί,
φριξαύχενες, ὠκύδρομοι σκύλακες, φιλόμουσοι
δελφῖνες, ἔναλα θρέμματα
κουρᾶν Νηρεΐδων θεᾶν,
ἃς ἐγείνατ' Ἀμφιτρίτα·
οἵ μ' εἰς Πέλοπος γᾶν ἐπὶ Ταιναρίαν ἀκτάν
ἐπορεύσατε πλαζόμενον Σικελῷ ἐνὶ πόντῳ,
κυρτοῖσι νώτοις ὀχέοντες,

tuetur, frustra. Mihi novicium omnino videtur carmen, quod ante Euripidis aetatem vix potuit componi. Neque tamen mala fraude haec ficta esse arbitror, sed videntur hi versus petiti esse ex dithyrambo sive nomo, in quo Atticus poeta nescio quis fabularem Arionis memoriam non tam dedita opera quam per parecbasin illustraverat: quos versus Aelianus errabundus ad ipsum Arionem retulit. Etiam Lehrs (Populäre Aufsätze p. 204) hoc carmen, quod Hermann (ad Aristot. Poet. p. 235) venustissimum esse censuit, antiquo poeta indignum iudicat, non solum quod nimis sit exile, verum etiam quod attica dialectus passim dorico sermone temperata insit: sed quod ab ipso Aeliano hos versus conditos esse suspicatur, omnino fallitur: nam huius carminis numeri prorsus abhorrent ab istius saeculi usu et consuetudine. Plutarchus sept. sap. conviv. 18 magna copia verborum Arionis casum descripsit, neque vero hoc carmen respexit. — V. 1—7 ἀναπαλλόμενοι affert Tzetz. in Cram. An. Ox. III 352, 19. — V. 2. χρυσοτρίαινα Hermann ad Aristot. Poet. p. 235, legebatur χρυσοτρίαινε. — Πόσειδον, Ahrens Ποσειδᾶν vel Ποσειδὰν requirit. — V. 3. γαιήοχ', ἐγκύμον' ἀν' ἅλμαν Hermann, sed iunxit cum sequentibus et v. 4 περὶ δὴ σὲ scripsit: a et edd. χαιήοχ' ἐγκυμονάλμαν, b γαιήοχε κυμονάρχα (Vat. κυκοναλκ'), Tzetz. γαιηόχε ἐγκύμου ἁλμάς. Locus nondum restitutus, displicet non solum ἐγκύμον' ἀν' ἅλμαν tamquam epitheti loco prioribus adiectum, sed etiam βραγχίοις. Conveniret εὔκυκλον ἅρμ' ἐλαύνων ἄβροχον· περὶ δὲ κτλ. sed non possum divinare, quid olim fuerit scriptum. Bunsen I 376 post v. 3 quaedam intercepta esse existimat, offensus eo, quod exordium sola dei invocatione absolvitur, quae hymnorum legitima est consuetudo. — V. 4. βραγχίοις Hermann, βράγχιοι Ael., βράγχια Tz. — V. 5. χορεύουσι bv et edd. vett. et Tz., χορεύουσ' ἐν rel. — V. 6. ῥίμμασιν, Tz. ῥιπάσμασι (B ῥιάσμμασιν). — V. 7. σιμοί bv, vulgo σεισμοί, Hermann σεισμῷ. — V. 9. ἔναλα, ἐνάλια b, ἔναλ' ἀθύρματα Valckenaer. — V. 10. Νηρεΐδων ma, vulgo Νηρηΐδων. — V. 12. οἵ μ' εἰς, ἣν ἐς b. — γᾶν, τὰν abv. — V. 13. ἐπορεύσατε, ἐπορεύσατο bv, ἐπόρευσαν Brunck. — πλαζόμενον om. m, πλαζομένην v. — V. 14. ὀχέοντες Brunck, vulgo χορεύοντες, nisi malis ὀχεύντες.

ἅλοκα Νηρεΐας πλακός
τέμνοντες, ἀστιβῆ πόρον, φῶτες δόλιοι 873
ὡς μ' ἀφ' ἁλιπλόου γλαφυρᾶς νεώς
εἰς οἶδμα πορφυροῦν λίμνας ἔριψαν.

V. 15. *Νηρεΐας*, vulgo *Νηρείας*, mabc *νηρίας*. — V. 16. *ἀστιβῆ*, *ἀστικῆ* m, *ἀστίβητον* bv. — *δόλιοι* bv, *δ' ἕλιοι* a et edd., *ἕλειοι* M. — V. 17. *μ' ἀφ'* Hermann, vulgo *με ἀπὸ*. — *ἁλιπλόου*, *ἁλιπλοῦ* a, *ἁλιπλούου* b. — *νεώς* attica forma non offendit, minimeque *νεός* substituendum. — V. 18. *πορφυροῦν* scripsi, libri *ἁλιπόρφυρον*, Reiske *ἁλιπορφύρου*. — *ἔριψαν* Hermann, vulgo *ῥίψαν*.

SAPPHO.

De *Sapphus* et *Alcaei* reliquiis scripserunt inprimis *Seidler* in Museo Rhenano 1829 p. 156 seq. *ego* ibid. 1835 p. 209 seqq. *Ahrens* ibid. T. VI 216 seq. et 351 seqq. et in Mus. Rhen. Novo T. I p. 382 seqq. Adde de dial. Aeol. 241 seqq. et de Dial. Dor. 536 seqq. *Hermann* in Opusculis VI 102 seqq. — *Sapphus* carmina a grammaticis ita disposita fuerunt, ut novem libris comprehensa essent, ac subinde librorum, unde petita sunt fragmenta, numerus indicatur. Iam secundum grammaticos liber I comprehendebat ea carmina, quae Sapphicis strophis vincta fuerunt (vid. Marius Plot. 299. Schol. metr. Pind. Pyth. I. Tricha 69*)), neque adversatur fr. 115, quod solum ad hunc librum refertur. — Lib. II et III carmina systematica comprehendisse docet Hephaest. p. 111: *κοινὰ δέ, ὅσα ὑπὸ συστήματος μὲν καταμετρεῖται, αὐτὸ δὲ τὸ σύστημα ἔχει πληρούμενον· οἷά ἐστι τὰ ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ Σαπφοῦς, ἐν οἷς καταμετρεῖται μὲν ὑπὸ διστιχίας, αὐτὴ δὲ ἡ διστιχία ὁμοία ἐστί.* confer ibid. p. 116: *Σύστημα δέ ἐστι μέτρων συναγωγή, ἤτοι δύο ἢ πλειόνων, ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων· ἀνομοίων μὲν ὡς τὰ ἐλεγεῖα, ἑξαμέτρου γάρ ἐστι πρὸς πενταμετρον οἰκονομία, καὶ οἱ ἐπῳδοί· τὸ δὲ ἐξ ὁμοίων, ὡς τὸ δεύτερον Σαπφοῦς, ὡς προϊόντες δείξομεν.* et deinde p. 117: *Κοινὰ δὲ συστηματικά, ἅπερ καὶ ὁ κατὰ στίχον γεγράφθαι φάσκων, ὑγιῶς ἂν λέγοι, καὶ ὁ κατὰ σύστημα· ὡς τὸ δεύτερον καὶ τρίτον Σαπφοῦς. Διὰ μὲν γὰρ τὸ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις κατὰ δύο ὁρᾶν παραγεγραμμένον ἕκαστον ἆσμα, καὶ ἔτι διὰ τὸ μηδὲν εὑρίσκεσθαι ἀριθμοῦ περιττοῦ, κατὰ συστήματα νομίζομεν αὐτὰ γεγράφθαι· πάλιν δὲ τῷ ὅμοιον ἑκάτερον εἶναι τῶν ἐν τῇ δυάδι στίχων, καὶ τῷ δύνασθαι τὴν ποιήτριαν κατὰ τύχην τινὰ ἀρτίου πάντα ἀριθμοῦ πεποιηκέναι, φαίη τις ἂν κατὰ στίχον αὐτὰ γεγράφθαι.* adde Tzetz. Cram. An. Par. III 63. Et liber II comprehendebat carmina ex pentametris aeolicis composita, vid. Hephaest. p. 42: *τῶν δὲ ἀκαταλήκτων τὸ μὲν πεντάμετρον καλεῖται Σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, ᾧ τὸ δεύτερον Σαπφοῦς ὅλον γέγραπται·*

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

*) Ne quis in errorem inducatur iis, quae Christ in comm. de schol. metr. Pindari disseruit, moneo, colo, quo Pindarus ibi usus est – ⏑ – – – ⏑ ⏑ –, nusquam usam esse Sapphonem: quod quidem suo periculo magistellus *ὀκτασύλλαβον Σαπφικὸν* appellat, quoniam ex hendecasyllabo Sapphico videbatur decurtatum esse: hoc hendecasyllabo dicit poetriam in libr. I usam esse, quam memoriam repetiit ex ampliore olim commentario in Hephaestionis enchiridion.

ubi affert fr. 33, sed adversantur tantum non omnia, quae ex lib. II proferuntur, velut fr. 24. 25, quamquam hic licet discrepantiam quodammodo componere, fr. 50 (vid. adn.), fr. 67, quod choriambicos tetrametros ostendit (ut potius libro III inserendum foret), denique fr. 80 (siquidem ex lib. II est depromptum), quod secundum grammaticorum doctrinam ex ionicis a maiore constare videtur. — Liber III constabat choriambicis tetrametris Sapphicis, vid. Hephaest. p. 60: *τὸ δὲ ἀκατάληκτον Σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον, ᾧ τὸ τρίτον ὅλον Σαπφοῦς γέγραπται.*

⏓ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓

— Liber V secundum Atil. Fortunat. II p. 353: („*Maecenas atavis edite regibus* Asclepiadeon metrum vocatur . . . ante illum usi Alcaeus . . . et Sappho hoc integro usa est *in libro quinto*“) versibus Asclepiadeis constabat, sed non confirmant duo quae supersunt fragmenta, nam fr. 44 ad Glyconeos, fr. 89 ad Ionicos a minore videtur pertinere. Sed huic quidem libro inserta fuisse etiam alius generis carmina dilucide testatur Atilius Fortunat. I 315 (Caesio Basso h. libellum vindicare studuit Keil), ubi de versu hendecasyllabo sive Phalaecio disserit: „Nam hic versus apud Sappho frequens est, cuius in quinto libro complures huius generis et continuati et dispersi leguntur.“ Frustra Keil p. 295 hunc dissensum conciliare studet, asserens non librum *integrum* dici, sed versum, i. e. nullo incremento auctum. At si At. Fort. I epiploces artificio utentem sequimur, Asclepiadeus est *ηὐξημένος* Glyconeus. Porro secundum Keilii interpretationem At. Fort. II censendus esset abiudicare Alcaeo integrum versum, quem soli Sapphoni vindicaverit: quod quam praeposterum sit, non opus est pluribus persequi. — In libri VII fine sec. Hephaest. 60, quemadmodum h. l. correxi, legebantur tetrametri antispastici (qui potius asynarteti iambici sunt, vid. fr. 96). Dissensus, qui inter hos grammaticos intercedit, cum non ferendus esse videatur (nam haud dubie uterque eiusdem metrici graeci sequitur auctoritatem), facile tolli poterit, si priore loco correxeris *in libro quarto* (pro *quinto*): atque satis commode librum IV, si continebat carmina versibus Asclepiadeis minoribus condita, veteres grammatici subiecerunt libro III. Librum V, quem Atil. Fort. I adhibet, carmina variis metris inclusa complexum esse apparet.*) — Denique *Epithalamia*, quae variis admodum numeris constabant, peculiari libro comprehensa fuisse auctor est Servius Virg. Georg. I 31, vide fr. 105. — Has difficultates ita licet solvere, ut statuamus etiam Sapphus carminum duas recensiones olim exstitisse: quarum altera carmina potissimum ad argumenti aequabilitatem disposita exhibuerit, altera eadem carmina secundum numerorum genera digesta comprehenderit, qua quidem editione metrici antiqui potissimum usi sunt. Et hanc quidem Aristophanes videtur adornavisse, alteram, quam grammatici fere versaverunt, Aristarchus: nam hos principes Alexandrinorum auctores esse diversarum recensionum certum est, cf. Heph. 134; sed ab utro haec vel illa sit profecta, ambigi potest.

---

*) De versu Phalaecio eadem tradit Terentianus Maurus 2545, dictitans hunc versum Sapphicum nuncupandum esse secundum artis magistros: *namque et iugiter usa saepe Sappho Dispersosque dedit subinde plures inter carmina disparis figurae.* Adde Mar. Vict. III 9. Itaque mirum nullum huius versus exemplum in Sapphus reliquiis reperiri, nam fr. 186, quod olim huc rettuli, iam Alcaicae strophae adscripsi; fortasse fr. 105, quemadmodum olim refinxi, huc pertinet.

1. [1.]*) 875

Ποικιλόθρον', ἀθάνατ' Ἀφρόδιτα,
παῖ Δίος, δολόπλοκε, λίσσομαί σε,
μή μ' ἄσαισι μήτ' ὀνίαισι δάμνα,
πότνια, θῦμον·
ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ', αἴποτα κἀτέρωτα
τᾶς ἔμας αὔδως ἀΐοισα πήλυι
ἔκλυες, πάτρος δὲ δόμον λίποισα
χρύσιον ἦλθες
ἅρμ' ὐπαζεύξαισα· κάλοι δέ σ' ἆγον 876

Fr. 1. Dionys. de comp. verb. c. 23: *Ἐποποιῶν μὲν οὖν ἔγωγε μάλιστα νομίζω τοντονὶ τὸν χαρακτῆρα (τὸν γλαφυρὸν) ἐπεξεργάσασθαι Ἡσίοδον, μελοποιῶν δὲ Σαπφὼ καὶ μετὰ ταύτην Ἀνακρέοντά τε καὶ Σιμωνίδην· . . . ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῆς μελοποιοῦ· Ποικιλόθρον' κτλ. Ταύτης τῆς λέξεως ἡ εὐέπεια καὶ ἡ χάρις ἐν τῇ συνεπείᾳ καὶ λειότητι γέγονε τῶν ἁρμονιῶν.* Carmen integrum etiam in epitome libri Dionysiani legitur, quam edidit Fr. Hanov ope trium librorum DMR (Lipsiae 1868). Librorum notae hae sunt: A — Aldina, C — cod. Colbertinus, D — Darmstadiensis collatus a Werfero, G — Guelpherbytanus collatus a Schneidewino, M — Monacensis, collatus a Goellero et Usenero, P — Parisinus, cuius collatio extat apud Ahrensium Dial. Dor. 540, non diversus a Regio 1, quem Hudson adhibuit, R — Rehdigeranus post Passovium collatus ab Hanovio. — V. 1. *ποικιλόθρον'* bis exhibet Hephaest. 78 (ubi S *ποικιλόφρων*), *ποικιλόθρον* AP, *ποικιλόφρον* M, *ποικιλόφρων* D. — *Ἀφρόδιτα* Ahrens, vulgo *Ἀφροδίτα*, PC *Ἀφροδίταν*. — V. 2. *λίσσομαι*, D *λίσομαι*. — V. 3. *ἄσαισι* DPR Schol. Heph. 64, *ἄσσαισι* A, *ἄταισι* M ut olim legebatur, hinc M. Schmidt *μὴ μάταισι* coll. Hesych. *μάταισι· ταῖς ματαιότησιν*. — *ὀνίαισι* P, vulgo *ἀνίαισι* (Turneb. E Schol. Heph. *ἄσαις ἀμηδονίαισι*, qui scholiasta cum iterat *μὴ δ' ἠνίαισιν*). — V. 5. *τυῖδ'* Hephaest. 78 et Priscian. I 37, ap. Dionys. *τύδ'* (D *τῦ δελφέ*). — *αἴ ποτα κἀτέρωτα*, Heph. *αἴ ποτε κἀτέρωτα* (sed C *ποτα*), cf. Hesych.: *κατέρωτα· καὶ ἄλλοτε*, ap. Dion. A *ἐλθέ που κατ' ἔρωτα*, DMR *ἐλφέ πόκα τ' ἔρ.*, CP *ἐλθεποκα κατ' ἐρ.* Prisciani sordes nolui adscribere. — V. 6. *τᾶς ἔμας, τὰς ἐμὰς* AMD. — *αὔδως, αὐδῶς* P, *αὐδὰς* MD, *αἰδῶς* AC, vulgo *αὐδᾶς, κλήδως* Ahrens. nescio an *αὔδας* sit revocandum. — *ἀΐοισα πήλυι* scripsi, legebatur *ἀΐοις ἀπόλυ* (A *ἀπόλας*, M *ἀπόλι*, RD *ἀπόλυ*, G *ἀνΐοις· ἀπώλυ*), I. Vossius *ἀΐοισα πολλὺ* (Baxter *πόλλας*), Hermann *ἀΐοισα· πολλὰ δ' ἔκλυες*, M. Schmidt *ἀνίοισα πώλῳ*. Ne quis deceptus Kaibelii exemplo, qui in Balbillae carmine *ὀΐοισα* deprehendisse sibi visus, id ipsum inferat, adhibeo Alc. fr. 45 *ἐπάιον*. — V. 7. *λίποισα*, A(P) *λιποῖσα*, vulgo *λιποῦσα* ut RD. — V. 8. *χρύσιον* Schneidewin, libri *χρύσειον*, vulgo *χρύσεον*. — V. 9. *ἅρμ' ὑπαζεύξαισα* scripsi, non *ἅρμ' ὑποζεύξασα* (ita vulgo, *ὑποζεύξαισα* Neue, *ὑπάζευξαισα* Ahrens). Psilosin in Sapphus et Alcaei reliquiis ubique revocavi, non solum grammaticorum consensum (adde etiam Apollon. de pron. 263 C: *πῶς δὲ οὐχὶ γελοίως Αἰολικὸν εἰρήσεται τὸ ἱερώνυμος καὶ ἔτι τὸ ὁμώνυμος δασυνόμενα*;) sed etiam Balbillae epigramma-

*) Numeri adiecti sunt editionis Neuianae.

ὤκεες στροῦθοι περὶ γᾶς μελαίνας
πύκνα δινεῦντες πτέρ' ἀπ' ὠράνω αἴθε-
ρος διὰ μέσσω.
αἶψα δ' ἐξίκοντο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
μειδιάσαισ' ἀθανάτῳ προσώπῳ,
ἤρε', ὅττι δηὖτε πέπονθα κὤττι
δηὖτε κάλημι,
κὤττι μοι μάλιστα θέλω γένεσθαι

tum fidem secutus: atque fr. adesp. 55 A, 8 plane est traditum *OTA' OTTΩ*. Sane aliquot loci Sapphus et Alcaei refragari videbantur, sed ex his complures nunc librorum auctoritate emendati sunt, quo minus dubitavi ad eundem modum reliquos corrigere, velut Sapphus fr. 52 *ἔρχεθ' ὥρα* et *καθεύδω*, fr. 54 *ποθ' ὧδ'* (ubi varia scriptura *οὐδ'* testificatur *ὧδ'* olim scriptum fuisse), fr. 68 *οὔτε τότ' οὔθ' ὕστερον*, cuius loci restitutio omnino incerta, fr. 93 *ἐφίκεσθαι*. Alcaei fr. 15 *καθύπερθεν* et *πρώτισθ' ὑπὸ* (ubi libri partim *πρώτιστα*), fr. 62 *ἐδέξανθ' ἄγναι* (quod corrigendum esse docet fr. 55), denique fr. adespot. 61 *ἐφόρεις*. Intactum reliqui Alc. fr. 39 *καθέταν*, quod quomodo sit corrigendum prorsus incertum. Fatendum sane psilosin passim ambiguitate laborare, velut Alc. fr. 75 *εἶς* i. e. *εἷς*, et multo magis Sapphus fr. 85 *Κλῆϊς ἀγαπάτα* i. e. *ἃ ἀγαπάτα*, quare veterum grammaticorum more ibi syllabam productam notavi. At recentiores Aeolenses haud aspernati sunt spiritum asperum, id quod tituli docent, etiam Lesbii, in quibus est *καθόδος* alia; neque mirum, nam tempore vergente Aeolica quoque dialectus proprius accessit ad communem sermonis consuetudinem. Ahrens Aeolicam psilosin arctioribus finibus circumscribendam censuit, sed quae sollerter excogitavit, infirma sunt. — *ἄγον*, ADMR *ἄγον*, P *ἄγων*. Verba *κάλοι . . . στροῦθοι* affert Herodian. *π. μον. λέξ.* 42, 17. Respicit Athen. IX 391 E. cf. Hesych.: *ὠκέες στροῦθοί, ταχεῖς, εὐπρεπεῖς, κόσμοι*. Ceterum Blomfield coni. *ὠκέα*. — V. 10. *περὶ γᾶς* MDP, R *περὶ γῆς*, apogr. Vict. *περὶ γᾶν μέλαιναν, πτέριγας* A, *πτέρυγας* Ursinus, quod olim probavi, ita ut v. 11 scriberem *δινεύοντες* eiecto vocabulo *πτέρα*, quod iam Ursinus delevit. *περὶ γᾶς* est idem quod *ὑπὲρ γᾶς*, convenientius sane huic loco *προτὶ γᾶν μέλαιναν*, sed adversatur paradosis, nec *προτὶ γαῖς μελαίναις* pluraliter probabile. Hermann *πτέρυγος*, postea *πτέρυγας* et *περάτων ἀπ' αἰθέρος*, Hartung *ποτὶ γᾶς* (quod non aptum) vel *πεδὰ γᾶν μέλαιναν*. — V. 11. *δινεῦντες* DM, *δινῆντες* PC, *δινοῦντες* G ut vulgo. — *πτέρ'*, P *πτέρα*. — *ὠράνω αἰθέρος διὰ μέσσω*, APG *ὠρανῶ· θέρος δ' ἀμεσπω* (A *ἄμες πω*), C *ὠρανῶ· θέρος* (de ultimis non constat), D *ἀπωρανώθερος διὰ μέσω*, item R, qui *μέσων*, M *οὐρανῶ αἰθέρος διὰ μέσω*. Ahrens coni. *πύκνα δίννοντες* (idem antea *δίνεντες*) *πτέρ' ἀπ' ὠράνω θ' ἕδος πεδὰ Λέσβω αἶψ' ἄρ' ἐξίκοντο*. Hartung *πτέρα πόρφυρ', αἰθερος δ. μ.* — V. 13. *αἶψα δ'* MD et Vict. apogr., *αἶψ' ἄλλ'* PA, vulgata ante Hudsonum *αἶψα δ' ἄρ'*. Blass *αἶψά μ'* desiderat. — *ἐξίκοντο*, M *ἐξήκοντο*, D *ἐξήκοντος*. — *τὺ δ'*, D *τί δ'*. — *μάκαιρα*, P *μάκειρα*. — V. 14. *μειδιάσαισ'* Neue, vulgo *μειδιάσασ'*. — V. 15. *δηὖτε* Hermann, *δ' ἦν το* P, *δ' ἦν τὸ* ceteri. — *κὤττι* Sylburg, M *κὤτι*, D *κὤτι κα*, vulgo *κ' ὅττι*. — V. 16. *δηὖτε* Hermann, *δ' ηυτε* P, *διήν τε* C, *δ' ἦν τε* G, *δεῦρο* MD. — *κάλημι* M, *καλημμι* APCR, *κάλλημην* D. — V. 17. *κὤττι μοι* scripsi, legebatur *κ' ὅτ' ἐμῷ*, P *κότ' ἐμῷ*, C *κὄττι ἐμῷ*, MD *κὤτι γ' ἐμῷ*.

877

μαινόλᾳ θύμῳ· τίνα δηὖτε Πείθω
μαῖς ἄγην ἐς σὰν φιλότατα, τίς σ', ὦ
Ψάπφ', ἀδικήει;
καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει,
αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει,
αἰ δὲ μὴ φίλει, ταχέως φιλήσει
κωὐκ ἐθέλοισα.

Fuerunt, qui Erinnae tribuerent epigramma, quod in Anthol. Pal. VII 190 inscribitur: *Ἀνύτης, οἱ δὲ Λεωνίδου, εἰς ἀκρίδα καὶ τέττιγα ἐπιτάφιον*, propterea quod Plinius dicit XXXIV 19,57: „Fecisse (Myronem artificem) et cicadae monumentum et locustae carminibus suis Erinna significat.“ At Plinii error manifestus; nam in illo epigrammate non Myro statuarius, sed virgo *Μυρώ* memoratur: *Ἀκρίδι τᾷ κατ' ἄρουραν ἀηδόνι καὶ δρυοκολάπτᾳ Τέττιγι ξυνὸν τύμβον ἔτευξε Μυρώ, Παρθένιον στάξασα κόρα δάκρυ· δισσὰ γὰρ αὐτᾶς Παίγνι' ὁ δυσπειθὴς ᾤχετ' ἔχων Ἀΐδας.* et idem prorsus nomen exhibet Marcus Argentarius, qui idem argumentum tractavit Anth. P. VII 364: *Ἀκρίδι καὶ τέττιγι Μυρὼ τόδε θήκατο σῆμα Λιτὴν ἀμφοτέροις χερσὶ βαλοῦσα κόνιν, Ἥμερα δακρύσασα πυρῆς ἔπι· τὸν γὰρ ἀοιδὸν Ἅιδης, τὴν δ' ἑτέρην ἥρπασε Περσεφόνη.* neque vero, quod Myro artifex nullum iam negotium facessit, epigramma illud Erinnae adscribendum: nam non esse antiquitate commendabile apparet: neque minoris alicuius Erinnae esse verisimile, cuius nullae omnino carminum reliquiae supersunt: neque enim Plinii in tam gravi errore est tanta auctoritas, ut Anytae abiudicemus. Atque alias quoque Erinnae nomen temere substitutum, velut apud Stob. Flor. VII 13, ubi A lemma exhibet *Μελιννοῦς Λεσβίας εἰς Ῥώμην*, Schow ex suis libris ut videtur praeeunte Gesnero edidit *Μελιννὼ ἢ μᾶλλον Ἠρίννη Λεσβία εἰς τὴν ῥώμην*. — Denique addo Hartungum suspicari, aenigmata, quae Cleobuli et Cleobulinae nomine ferebantur, ab Erinna scripta esse, sed non video, quibus argumentis ea coniectura stabiliri queat.

VIII.

ALCAEUS.

ΥΜΝΟΙ.

1. [20.]*)

ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΑ.

Ὦ ϝάναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλω Διός.

2. 3. 4. [17. 18. 19ι]

Himerius Or. XIV 10: *Ἐθέλω δὲ ὑμῖν καὶ Ἀλκαίου τινὰ λόγον εἰπεῖν, ὃν ἐκεῖνος ᾖσεν ἐν μέλεσι παιᾶνα γράφων Ἀπόλλωνι. Ἐρῶ δὲ ὑμῖν οὐ κατὰ τὰ μέλη τὰ Λέσβια, ἐπεὶ μηδὲ ποιητικός τις ἐγώ, ἀλλὰ τὸ μέτρον αὐτὸ λύσας εἰς λόγον τῆς λύρας. Ὅτε Ἀπόλλων ἐγένετο, κοσμήσας αὐτὸν ὁ Ζεὺς μίτρᾳ τε χρυσῇ καὶ λύρᾳ, δούς τε ἐπὶ τούτοις ἅρμα ἐλαύνειν, κύκνοι δὲ ἦσαν τὶ ἅρμα, εἰς Δελφοὺς πέμπει καὶ Κασταλίας νάματα, ἐκεῖθεν προφητεύσοντα δίκην καὶ θέμιν τοῖς Ἕλλησιν· ὁ δὲ ἐπιβὰς ἐπὶ τῶν ἁρμάτων ἐφῆκε τοὺς κύκνους εἰς Ὑπερβορέους πέτεσθαι. Δελφοὶ μὲν οὖν, ὡς ᾔσθοντο, παιᾶνα συνθέντες καὶ μέλος, καὶ χοροὺς ἠϊθέων περὶ τὸν τρίποδα στήσαντες ἐκάλουν τὸν θεὸν ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθεῖν· ὁ δὲ ἔτος ὅλον παρὰ τοῖς ἐκεῖ θεμιστεύσας, ἐπειδὴ καιρὸν ἐνόμιζε, καὶ τοὺς Δελφικοὺς ἠχῆσαι τρίποδας, αὖθις κελεύει τοῖς κύκνοις ἐξ Ὑπερβορέων ἀφίπτασθαι. Ἦν μὲν οὖν θέρος καὶ τοῦ θέρους τὸ*

Alcaeus. Fr. 1. Hephaest. 79: *τὸ καλούμενον Ἀλκαϊκὸν ἑνδεκασύλλαβον . . . οἷον· ὦ ϝάναξ Ἄπολλον κτλ.* Fl HB *ἄναξ* et *μεγάλοιο*. *Alcaei* hoc esse et quidem ex *primo* carmine ostendit Schol. Heph. 121, ibi Hephaestio dicit: *Λέγομεν τοίνυν ὅτι μικτὰ μέν ἐστι συστηματικά, ὥσπερ εἴ τις τὴν πρώτην ᾠδὴν ἐν τῷ πρώτῳ Ἀλκαίου, καὶ τὴν δευτέραν συνάψειε, συστηματικῆς οὔσης αὐτῶν ἑκατέρας.* ubi Schol.: *Καὶ ἔστι τῆς μὲν πρώτης ᾠδῆς ἀρχή· Ὦναξ Ἀ. π. μ. Δ. ἐπιωνική, τῆς δὲ δευτέρας· χαῖρε Κυλλάνας κτλ. ἐπιχοριαμβική.* Cf. etiam Attil. Fortunat. p. 355, ubi versus satis corruptus legitur.

*) Numeri uncis inclusi sunt editionis Matthiae.

μέσον αὐτό, ὅτε ἐξ Ὑπερβορέων Ἀλκαῖος ἄγει τὸν Ἀπόλλωνα, ὅθεν δὴ θέρους ἐκλάμποντος καὶ ἐπιδημοῦντος Ἀπόλλωνος θερινόν τι 931
καὶ ἡ λύρα περὶ τὸν θεὸν ἁβρύνεται· ᾄδουσι μὲν ἀηδόνες αὐτῷ, ὁποῖον εἰκὸς ᾆσαι παρ' Ἀλκαίῳ τὰς ὄρνιθας· ᾄδουσι δὲ καὶ χελιδόνες καὶ τέττιγες, οὐ τὴν ἑαυτῶν τύχην τὴν ἐν ἀνθρώποις ἀγγέλλουσαι, ἀλλὰ πάντα τὰ μέλη κατὰ θεοῦ φθεγγόμεναι· ῥεῖ καὶ ἀργυροῖς ἡ Κασταλία κατὰ ποίησιν νάμασι καὶ Κηφισσὸς μέγας αἴρεται πορφύρων τοῖς κύμασι, τὸν Ἐνιπέα τοῦ Ὁμήρου μιμούμενος. βιάζεται μὲν γὰρ Ἀλκαῖος ὁμοίως Ὁμήρῳ καὶ ὕδωρ θεῶν ἐπιδημίαν αἰσθέσθαι δυνάμενον. — (3) Idem hoc carmen respicere videtur Plutarch. de mus. c. 14: *οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. Δῆλον δὲ ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς προσῆγον μετ' αὐλῶν τῷ θεῷ, καθάπερ ἄλλοι τε καὶ Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν Ὕμνων ἱστορεῖ.* — (4) Porro Pausan. X 8, 9: *ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε· τὸ ὕδωρ τῇ Κασταλίᾳ ποταμοῦ δῶρον εἶναι τοῦ Κηφισσοῦ· τοῦτο ἐποίησε καὶ Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ εἰς Ἀπόλλωνα.*

---

5. [22.]

ΕΙΣ ΕΡΜΗΝ.

Χαῖρε Κυλλάνας ὃ μέδεις, σὲ γάρ μοι

Fr. 5. Hephaest. 79: *ἔστι δὲ καὶ παρ' Ἀλκαίῳ, καὶ ἄδηλον ὁποτέρου ἐστὶν εὕρημα, εἰ καὶ Σαπφικὸν καλεῖται, οἷον· χαῖρε . . . μοι.* Stropham redintegrat S, qui addit *καὶ θυμὸς ὑμνεῖν τὸν κορυφᾶσιν αὐγαῖς. καὶ μαῖα γέννα τῷ κρονίδη μαιεία.* Est autem hoc *secundum* carmen, vid. Schol. Hephaest. 121. — V. 1. *μέδεις* libri, *μεδέεις* Fl, *μέδων* S Turnebus, in schol. vulgo *μέδων*, sed E *μέδεις*. cf. Apoll. Synt. 92: *Καὶ παρὰ Ἀλκαίῳ οἱ περὶ Ἀπίωνα τὸν μόχθον τὸ Κυλλάνας ὁ μέδεις ἐν ῥήματος συντάξει ἤκουον, οὐ παραδεχόμενοι μετοχὴν τοιαύτην ἐκ βαρυτόνου ῥήματος, εἴγε τῆς τοιαύτης λήξεως οὐκ ἔχονται [αἱ] κατὰ τὸ κοινὸν ἐκ βαρυτόνων οὖσαι ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐδείκνυτο, ὡς καὶ περισπώμενον εἴη ῥῆμα τὸ μεδῶ, ἔνθεν καὶ τὸ Δωδώνης μεδέων, ἀφ' οὗ τὸ μέδημι, ὡς οἶκημι, καὶ ἔτι ἡ μεδέουσα συνοῦσα* (fort. *ἡ μέδεις ὡς οἶκεις* scribendum) *μετοχὴ κατὰ τὸ ἀκόλουθον. κἀκ τῆς γραφῆς συνηλέγχοντο, οὐκ οὔσης ποτὲ διὰ τοῦ ε (ει) κατὰ πᾶν δεύτερον πρόσωπον παρ' Αἰολεῦσιν.* Apollonius igitur *ὁ μέδεις* participium esse censuit, et apud Heph. vulgo *ὁ* legitur, sed A exhibet *ὃ μέδεις*, Fl *ὃς μεδέεις*. Scripsi igitur *ὃ μέδεις*, quod Apion recto iudicio usus vidit secundam esse verbi personam; nam si legimus *ὁ μέδεις* i. e. *ὁ μέδων* articulus, omnino alienus: eandemque medicinam adhibui infra fr. 49: *Ἀχιλλεῦ, ὃ τᾶς Σκυθίκας μέδεις.* Apollonius vidit hoc pugnare cum usu Aeolici sermonis, qui *μέδης* requirere videbatur, sed qua fuit religione, non ausus est hanc formam contra librorum auctoritatem restituere, sed statuit participium esse; at Aeolenses forma *μέδημι* usos esse non poterat exemplo idoneo probare, itaque satis habuit Homericum *μεδέων* comparare. Quare tuebimur secundam personam, quam sermonis lex flagitat: neque vero gravissimo Apollo-

Θῦμος ὔμνην, τὸν κορύφαις ἐν αὔταις 932
Μαῖα γέννατο Κρονίδᾳ μίγεισα.

nii testimonio fidem denegabimus, secundam personam apud Lesbios ubique in ῆς cadere, id quod Ahrens fecit: librorum antiquorum fides hanc formam tuebatur, paucis tantum locis velut hic et infra fr. 49, ubi ambigua interpretatio, scriptura εἰς erat propagata. In his quidem reliquiis pauca vestigia formae ῆς supersunt, *λύπης* fr. adesp. 55 A, 4, *ἔχης* Sappho fr. 90, 2, *πώνης* Alc. fr. 52, contra scribitur *ἀτιμάσεις* Sappho fr. 44, *πεδέχεις* et *φοιτάσεις* 68, 2 et 4, *φέρεις* fr. 95 bis, item semel *φέρες*, quae correptio haud infrequens apud Dorienses, nec Aeolensibus abiudicanda, ut *ἄμμες* et *ὔμμες* arguunt. Porro *ἔχεισθα* Sapph. fr. 22, *θέλεις* Alc. fr. 82, sed haud dubie Alexandrini critici his omnibus locis formam ῆς exhibuerunt, quam librarii oblitteraverunt. Apollonius de verbis barytonis loquitur, sed ex hac argumentatione conficias etiam verborum quae cadunt in ημι (εω) eandem clausulam ῆς fuisse: nam cum grammaticus illud *Ο ΜΕΔΕΙΣ* ad verbum *μέδημι* revocat et participium agnoscit, apparet pers. 2 fuisse *μέδης*, et sic Sappho fr. 22 *φίλησθα*. Iam utra forma sit praeoptanda, non facile dixeris: scriptum erat antiquo more omnibus locis *ΕΣ*, hoc qui primi Lesbiorum poetarum carmina ionicis litteris accomodaverunt, ῆς esse arbitrati sunt, secuti ut consentaneum est consuetudinem Aeolici sermonis, qualis tunc fuit: neque abhorret haec forma a lege Aeolensium sermonis aut omnino improbanda est: antiquissima forma cum esset *ΕΣΙ*, littera iota non traiecta est, ut nostri homines existimant, sed abiecta; hinc Dorienses ἐς dicere solebant, Iones autem, ut damnum resarcirent, diphthongo εις usi sunt, Aeolensibus igitur productione admissa ad eundem modum ῆς dicere licuit: at poterant illi antiquiore tempore, ut diphthongos inprimis adamaverunt, εἰς, postea ῆς usurpare: fortasse iam Alcaei et Sapphus saeculo usus fluctuabat. Recentior Aeolis, cuius consuetudinem Theocritus sequitur, videtur omnino ης probavisse, velut apud Theocritum *θέλης*, *ἐθέλης*, *ἔχης*, item *ἐννόχλης*, *μάτης*, *ἐπόης*, igitur pro vitioso *φόροις* potius *φόρης* quam *φόρεις* scribendum, *δοκέεις* etiam alio nomine suspectum (conieci *δοκίμοις*); adversantur futura *ἐκτελέσεις* et *οἰκήσεις*, sed his scripturis non multum tribuendum esse docet *ἐπαινέσης*. At in tertia persona constanter (si discesseris ab *ἀδικήη*, quod Sapph. I 20 est traditum) scribitur ει, velut *φεύγει*, *διώξει*, *δώσει*, *φιλήσει*, *ἰζάνει*, *ὑπακούει*, *εἴκει*, *ἔχει* saepius, *κατθνάσκει*, *θέλγει*, *μαρμαίρει*, *στείχει*, *ὔει*, *ἄζει*, *κωλύει*, *ἀέρρει*, *φύει*, *παροιρίνει*, item *κακχέει*, et ad eundem modum *ἐπικρέτει*, *ἄχει*, *κάλει*, *κατάρρει*, *δόνει*, *κελάδει*, *φίλει*, *ἄγρει*, similiterque ut titulos recentiores praetermittam, in Balbillae epigrammate est *πνήει* et *κατέχει*. Nec mirum, nam hic a principio *ΕΙ* scribi solebat. Item apud Theocritum leguntur *ἔχει*, *πρέπει*, *ἔρπε(ι)*, *ἀλλάσσει*, *μέλει*, *ἐσθίει*, *φιλέει*, *ἔρει* (*ἐρεῖ*), duobus tantum locis, id quod animadversione dignum, *Η* deprehendimus, XXIX 29 *φόρη* (alii libri *φορεῖ*) et XXX 22 *ὄρη*. — V. 2. *ὔμνην* et *κορύφαις ἐν αὔταις* scripsi Meinekium secutus, qui quidem etiam *ἄκραις* proposuit: mihi neutrum satis fecit, itaque proposui *κορύφας ἰαύγαις* i. e. *κορυφᾶς ἰωγαῖς*: nam *ἐν αὔγαις* nimis ambiguum, quamvis *ὠγή* geminatione abiecta dici poterat, cf. *κυματωγή*, fortasse etiam Hesychii glossa *ὠγή· ἄκρον* huc revocanda. — V. 3. *γέννατο* scripsi, Meineke *γεννᾷ τῷ*. — *Κρονίδᾳ* Meineke, legebatur *κρονίδη*. — *μίγεισα* scripsi, quamvis Meineke hoc improbaverit, *Μαλειάτᾳ βασιλῆϊ* vel *Μαλειάταν βασιλῆα* proponens (Cf. Hoerschelmann, Rhein. Mus. XXXVI 464).

6.

Menander de Encom. IX 149 ed. Walz: *ἀλλ' ἐπεὶ εὕρηται καὶ τοῦτο τὸ εἶδος τῶν ὕμνων παρὰ τοῖς ἀρχαίοις καὶ ἤδη τινὲς καὶ Διονύσου γονὰς ὕμνησαν καὶ Ἀπόλλωνος γονὰς ἕτεροι, καὶ Ἀλκαῖος Ἡφαίστου καὶ πάλιν Ἑρμοῦ*, ubi fortasse scribendum *ὡς Ἀλκαῖος καὶ Ἡφαίστου κτλ.* ut rhetor quattuor Alcaei hymnos respexerit: nam Apollinis certe natales illustraverat hic poeta, vid. fr. 2, ex hymno in Bacchum videtur fr. 90 petitum. Quod Menander deinde addit: *ἔστι δὲ ὡς ποιητῇ μὲν καθ' αὑτὸ μόνον τὸ εἶδος χρήσιμον, συγγραφεῖ δὲ οὐδέποτε, ὁ μὲν γὰρ καὶ Χάριτας μαινομένας καὶ Ὥρας ὑποδεχομένας καὶ τὰ τοιαῦτα πραγματεύεται, ὁ δ' ἐπ' ἀνάγκης ὅτι βραχύτατα ἐρεῖ*, quamvis universim de poesis et pedestris orationis discrimine disputet, tamen haec quoque exempla videtur ex Alcaeo, quem modo adhibuit, petivisse. Poterat Alcaeus Horas Mercurii nutrices fingere, cf. Philostr. in vita Apoll. V 19: *ἐνθυμεῖται* (ὁ *Ἑρμῆς*) *τὰς ὥρας, ὑφ' ὧν αὐτὸς ἐν κορυφαῖς τοῦ Ὀλύμπου ἐτράφη*. et Imag. I 24: *τίκτεται μὲν ἐν κορυφαῖς τοῦ Ὀλύμπου . . . ἐνταῦθα τὸν Ἑρμῆν ἀποτεχθέντα Ὧραι* 933 *κομίζονται*. sed poterant etiam Gratiae una cum Horis commode in Vulcani natalibus adhiberi. Non recte G. Wolf Menandri locum retulit ad fr. 62, qui versus neque ex hoc in Mercurium hymno neque ex Vulcani natalium descriptione petitus est, quod vel numeri diversi arguunt.

7. [21.]

Pausan. VII 20, 4: *Βουσὶ γὰρ χαίρειν μάλιστα Ἀπόλλωνα Ἀλκαῖός τε ἐδήλωσεν ἐν Ὕμνῳ τῷ εἰς Ἑρμῆν, γράψας, ὡς ὁ Ἑρμῆς βοῦς ὑφέλοιτο τοῦ Ἀπόλλωνος*. Sed Porphyrio ad Horat. Od. I 10, 9: „fabula haec autem ab Alcaeo ficta, et iterum Mercurius idcirco traditur furandi repertor, quia oratio, cuius inventor est, animos audientium fallit", non de boum, sed de pharetrae furto verba facere videtur, id quod etiam Voss Mythol. Briefe I 101 censet, quamquam alia, quae ibi exposuit, omnino improbanda. Hanc alteram igitur fraudem Lesbius poeta excogitavit, ut veterem famam exornaret, eumque sequitur Horatius, qui per totum carmen Alcaei vestigia legit, cf. quae idem Porphyrio adscripsit ad v. 1: „Hymnus in Mercurium ab Alcaeo lyrico poeta." Fabulam, quemadmodum Alcaeus enarravit, videtur tradere Schol. Hom. Il. *O* 256: *Ἑρμῆς ὁ Διὸς καὶ Μαίας τῆς Ἄτλαντος εὗρε λύραν, καὶ τοὺς Ἀπόλλωνος βόας κλέψας εὑρέθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ διὰ τῆς μαντικῆς. ἀπειλοῦντος δὲ τοῦ Ἀπόλ-*

λωνος ἔκλεψεν αὐτοῦ καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ὤμων τόξα· μειδιάσας δὲ ὁ θεὸς ἔδωκεν αὐτῷ τὴν μαντικὴν ῥάβδον, ἀφ' ἧς καὶ χρυσόρραπις ὁ Ἑρμῆς προσηγορεύθη· ἔλαβε δὲ παρ' αὐτοῦ τὴν λύραν, ὅθεν καὶ χρυσάωρ ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ τῆς κιθάρας ἀορτῆρος. Fortasse etiam Philostr. Imag. I 26 lyricum respexit.

8. [23.]

Athen. X 425 C: *Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὸν Ἑρμῆν εἰσάγει αὐτῶν (τῶν θεῶν) οἰνοχόον.* nisi est ex alio carmine.

---

9. [54.]

ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΝ.

Ὤνασσ' Ἀθανάα πολεμαδόκος,
ἄ ποι Κορωνήας ἐπὶ πίσεων
ναύω πάροιθεν ἀμφι(βαίνεις)
Κωραλίω ποτάμω παρ' ὄχθαις.

10. [55.] 934

Strabo IX 412: *Οὐκ εὖ δ' ὁ Ἀλκαῖος, ὥσπερ τὸ τοῦ ποταμοῦ ὄνομα παρέτρεψε τοῦ Κουαρίου, οὕτω καὶ τοῦ Ὀγχηστοῦ κατέ-*

Fr. 9. Strabo IX 411: *ἡ μὲν οὖν Κορώνεια ἐγγὺς τοῦ Ἑλικῶνός ἐστιν ἐφ' ὕψους ἱδρυμένη, κατελάβοντο δ' αὐτὴν ἐπανιόντες ἐκ τῆς Θετταλικῆς Ἄρνης οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τὰ Τρωϊκά, ὅτε περ καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἔσχον· κρατήσαντες δὲ τῆς Κορωνείας ἐν τῷ πρὸ αὐτῆς πεδίῳ τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ, καὶ τὸν παραρρέοντα ποταμὸν Κουάριον* (Palmerius *Κουράλιον*, sed repugnat ipse Strabo p. 412 et 436) *προσηγόρευσαν ὁμοφώνως τῷ ἐκεῖ· Ἀλκαῖος δὲ καλεῖ Κωράλιον, λέγων· Ὤνασσ' Ἀθάνα ἄπολε ..... ἀπὸ Κοιρωνίας ἐπιδεων ανω* (sic A, *ἐπιδέων ἄνω* c, *ἐπιδεύων ἄνω* g, *ἐπιδέω αὐτῷ* hi) *πάροιθεν ἀμφὶ ..... Κωραλίω ποταμῷ παρ' ὄχθαις.* Poetae locum om. Bkl, et nonnihil nisi *ποτάμῳ π. ὄχ*, exhibent. — V. 1. *Ὤνασσ'* Ahrens, *Ἀθανάα πολεμαδόκος* Welcker. — V. 2. *ἄ ποι* Ahrens, *ἄ που* Welcker. — *Κορωνήας ἐπὶ πίσεων* scripsi, nam corruptelae hic fere ortae ex similitudine litterarum, quas librarius neglexit. Welcker coniecit *ἐπὶ λαΐῳ* (quod etiam Meineke probat, qui proprium nomen esse putat, velut est ap. Hippocr. Epid. III 134 et 142 ed. Littré). — V. 3. *ναύω* Welcker. — *ἀμφιβαίνεις* Welcker supplevit. Fortasse verbum v. 2 delitescit, coniicias *Κορωνήας ἐπόρεις πόλιν ναύω πάροιθεν ἀμφὶ βώμῳ*. Cf. Callim. in Lav. Pall. v. 63: *Ἦ 'πὶ Κορωνείας, ἵνα οἱ τεθυωμένον ἅλσος καὶ βωμοὶ ποταμῷ κεῖντ' ἐπὶ Κουραλιῷ*. — Longe aliter locum conformavit O. Müller: *Ὤνασσ' Ἀθαναία πολίων, ἀπὸ τᾶς σᾶς Κορωνείας ἐπὶ δεῦρ' ἴδι, Πάροιθεν ἂν ἱδρυσάμεσθα κτλ.* Hartung *πολέμων ἴδρις, ἄ που Κορωνήας ἐπικρημνίου ναὸν πάρ. ἀμφιβαίνεις.*

ψευσται, πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τοῦ Ἑλικῶνος αὐτὸν τιθείς· ὁ δ' ἐστὶν ἄπωθεν ἱκανῶς τούτου τοῦ ὄρους. quod videtur ex eodem hymno petitum.

---

11. [71.]

ΕΙΣ ΗΦΑΙΣΤΟΝ.

. . Ὥστε θέων μηδέν' Ὀλυμπίων λῦσαι ἄτερ Ϝέθεν.

12.

Menander de Encom. IX 149 Walz: *Καὶ Ἀλκαῖος Ἡφαίστου καὶ πάλιν Ἑρμοῦ (γονὰς ὕμνησεν).* cf. quae ad fr. 6 adnotata sunt.

---

13 A. [79.]

Τὸ γὰρ θεῶν ἰότατ' ὔμμε λαχόντων γέραι ἄφθιτον ἀνθήσει.

*13 B. [24.]

. . . . . Δεινότατον θέων,

Fr. 11. Apollon. Dysc. de pron. 358 B: *Σαφὲς ὅτι καὶ τὸ Αἰολικὸν δίγαμμα ταῖς κατὰ τὸ τρίτον πρόσωπον προσνέμεται, καθὸ καὶ αἱ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμεναι δασύνονται. Ἀλκαῖος· Ὥστε κτλ.* Cod. *λυσεατερ γεθεν.* corr. Bekker, Ahrens *λῦσαί σ' ἄτερ* coniecit. Metrum tale fuisse existimo:

[– ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑]

Hartung *ὥστε μηδένα τῶν θεῶν | Ὀλυμπίων ἀλλῦσαι ἄτερ Ϝέθεν.*

Fr. 13 A. Apollon. de pron. 387 B: *Ἄμμε Αἰολεῖς· τὸ γὰρ θεῶν ἰοτητι ὔμμε λαχόντων αφυτον θησει γερας. Hymnis* adscripsi haec, quandoquidem ex libro I petita sunt. Bekkeri recepi emendationem, nisi quod *ἰότατι* scripsi. Sed restitutio incerta, conieci:

ὅττι γὰρ θέων ἰότατι (θείῃ)
ὔμμε λαχόντων,
ἄφθιτον θήσει γέρας.

Ὅτι et *τὸ* a librariis saepe confusa: *θείῃ* (vel potius *θήῃ*, vide ad Theogn. 689) addidi ut et sententiam et versum redintegrarem, *θέω* est ap. Sapph. fr. 12. Est vaticinium de conditore urbis vel de viro bene de republica merito. Ahrens scripsit *τοι γὰρ θ. ἰ. ὔμμ' ἔλαχον τῶν (ἄϊν) ἄφθιτον ὀνθήσει γέρας*, Hartung *τὸ γὰρ ὔμμε θεῶν ἰότητι λαχόντων | ἄφθιτον ἀνθήσει γέρας αἰεί.*

Fr. 13 B. Plutarch. Amator. c. 20: *Τὰ μὲν οὖν πολλὰ ποιηταὶ προσπαίζοντες ἐοίκασι τῷ θεῷ γράφειν περὶ αὐτοῦ καὶ ᾄδειν ἐπικωμάζοντες, ὀλίγα δὲ εἴρηται μετὰ σπουδῆς αὐτοῖς, εἴτε κατὰ νοῦν καὶ λογισμόν, εἴτε σὺν θεῷ τῆς ἀληθείας ἁψαμένοις· ὧν ἓν ἐστι καὶ τὸ περὶ τῆς γενέσεως· Δεινότατον κτλ. εἰ μή τι καὶ ὑμᾶς ἀναπεπείκασιν οἱ γραμματικοί, λέγοντες πρὸς τὸ ποικίλον τοῦ πάθους καὶ τὸ ἀνθη-*

(τὸν) γένναθ' εὐπέδιλλος Ἶρις
χρυσοκόμᾳ Ζεφύρῳ μίγεισα.

*14. [81.]

Τὸ δ' ἔργον ἀγήσαιτο τέα κόρα.

II. ΣΤΑΣΙΩΤΙΚΑ. 935

15. [1.]

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χάλκῳ· πᾶσα δ' Ἄρῃ κεκόσμηται στέγα
λάμπραισιν κυνίαισι, καττᾶν λεῦκοι κατύπερθεν ἵππιοι λόφοι
νεύοισιν, κεφάλαισιν ἄνδρων ἀγάλματα· χάλκιαι δὲ πασσάλοις
κρύπτοισιν περικείμεναι λάμπραι κνάμιδες, ἄρκος ἰσχύρῳ βέλευς,
θώρακές τε νέοι λίνῳ κοΐλαί τε κατ' ἄσπιδες βεβλήμεναι·

ρὸν γεγονέναι τὴν εἰκασίαν. Respicit huc Etym. Gud. 278, 17: Τὰ γὰρ ἄνθη λέγεται ἵμερα, ἐπεὶ ἐν τῷ ἔαρι φύονται, ὅτε καὶ τὰ ἐρωτικὰ θερμότερα ἐστί. τούτου χάριν καὶ ὁ Ἀλκαῖος Ζεφύρου καὶ Ἴριδος τὸν Ἔρωτα φησίν. Cf. Et. M. 470, 28. Argum. Theocr. Id. XIII (ubi Ἔριδος). Eustath. Il. 391, 24 et 555, 30. — V. 1. θέων, v. θεῶν, θειῶν BE edd. vett. — V. 2. τὸν γένναθ' scripsi, γείναθ' libri, ἐγείναθ' Gaisford, ἐγέννατ' Schneidewin. — εὐπέδιλλος Ahrens, legebatur εὐπέδιλος. — V. 3. μίγεισα Porson, libri μιχθεῖσα.

Fr. 14. Apollon. de pron. 395 A: Ἡ τεὸς Δωρικὴ τῇ σὸς ὁμωνυμεῖ . . . καὶ παρ' Αἰολεῦσιν· Ἀλκαῖος ἐν πρώτῳ· Τὸ δ' ἔργον κτλ. — ἀγήσαιτο Bast alii, cod. ἀγήσατο.

Fr. 15. Athen. XIV 627 A: Ἀλκαῖος ὁ ποιητής, εἴ τις καὶ ἄλλος, μουσικώτατος γενόμενος, πρότερα τῶν κατὰ ποιητικὴν τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τίθεται, μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος· διὸ καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις σεμνυνόμενος φησίν· Μαρμαίρει κτλ. καίτοι μᾶλλον ἴσως ἥρμοττε τὴν οἰκίαν πλήρη εἶναι μουσικῶν ὀργάνων. A. Schoene hoc carmen ad bellum exterum refert, fortasse recte, sed grammatici veteres non videntur eiusmodi carmina a stasioticis segregavisse. — V. 1 init. affert Eust. 1320, 1. — Ἄρῃ A, ἄρη BP, Ἄρει VL. — στέγα Blomfield, vulgo στέγῃ. — V. 2. κυνίαισι B, κυνίαισιν A, κυνέαισιν VL, λαμπρᾶ σικυνίαισιν P. — καττᾶν, P κάτταν. — κατύπερθεν, legebatur καθύπερθεν, B καθάπερ. — V. 3. νεύοισιν Schneidewin alii, vulgo νεύουσιν. — χάλκιαι B, χάλκειαι PVL, vulgo χάλκεαι. — V. 4. κρύπτοισιν Welcker, vulgo κρυπτοῖσιν. — κνάμιδες, PL κναμίδες, V κναμῖδες. — ἄρκος APV, ἔρκος L. — ἰσχύρῳ βέλευς, ἰσχυρῷ βέλευς A, ἰσχυροβελὲς PVL. — V. 5. νέοι λίνῳ scripsi, νέῳ λίνῳ Casaubonus, vulgo νέῳ λίνῳ, Ursinus νεώλινοι, unde Schneidewin νεόλλινοι. — κοΐλαι scripsi, κώϊλαι

παρ δὲ Χαλκίδικαι σπάθαι, παρ δὲ ζώματα πόλλα καὶ κυπάττιδες·
τῶν οὐκ ἔστι λάθεσθ', ἐπειδὴ πρώτιστ' ὑπὸ Ϝέργον ἔσταμεν τόδε.

*16. [46.]

. . . . . Βλήχρων ἀνέμων ἀχείμαντοι πνόαι.

*17. [52.] 936

. . . . . Γαίας καὶ νιφόεντος ὠράνω μέσοι.

18. [2.]

Ἀσυνέτημι τῶν ἀνέμων στάσιν·
τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,

Ahrens, κόϊλαι Seidler, vulgo κοῖλαι. — κατ' ἄσπιδες Schweighaeuser, κατασπίδες PVL. — βεβλημέναι ABP, βεβλημένον VL. — V. 6. κυπάττιδες Blomfield alii, κυππατίδεσ PVL, κυπάσσιδες Ahrens. — V. 7. λάθεσθ' Iani, λαθέσθαι PVL. — πρώτιστ' Schneidewin, πρώτισθ' A, πρώτιστα PVL. — Ϝέργον Blomfield, legebatur ἔργον. Praeterea Ahrens v. 1 παῖσα, v. 2 καθίπερθεν, v. 6 ζώμματα, v. 7 ὑπὰ scripsit.

Fr. 16. Schol. Il. Θ 178: Ἄλλως δὲ ἤδη αὐτὸ τὸ βληχρὸς σημαίνει ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μᾶλλον τὸ ἀσθενές. Ἀλκαῖος Θ'. Βληχρῶν ἀ. ἀ. πνοιαί. Idem legitur ap. Eustath. 705, 62 et Cram. An. Ox. I 95 (sine p. nomine), ubi πνοαί. Resp. Et. M. 200, 13. Zonar. 393. Suid. v. Βληχρόν. Videtur autem hoc fr. sicut sequens ex allegorico carmine petitum.

Fr. 17. Apollon. de Adv. in Bekk. An. II 613, 36: Τῇδε γὰρ ἔχει καὶ τὸ ἐπίρρημα παρ' Αἰολεῦσι τὸ μέσοι· Γαίας κτλ. Cf. idem 588, 27: Τὸ γὰρ παρὰ τοῖς περὶ τὸν Ἀλκαῖον μέσσοι δῆλον ὅτι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον ἀνὰ λόγον βαρυνθείη ἄν· οὐ γάρ ἐστιν ἐλλιπὲς τῇ ἐν προθέσει, συστελλομένου τοῦ ω εἰς τὸ ο, ὥς τινες ὑπενόησαν, ἐν μέσσῳ, ἀλλ' ὃν τρόπον παρὰ τὸ οἶκος τὸ οἴκοι ἐγένετο, σημαῖνον τὸ ἐν οἴκῳ, παρά τε τὸ Πυθὼ τὸ Πυθοῖ, καὶ παρὰ τὸ Μέγαρα τὸ Μεγαροῖ, σημαῖνον τὸ ἐν Μεγάροις, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ παρὰ τὸ μέσος τὸ μέσσοι ἐγένετο, σημαῖνον τὸ ἐν μέσῳ. ὅπερ ἔφην κατὰ τὸ Αἰολικὸν ἔθος βαρύνεσθαι.

Fr. 18. Heraclid. Alleg. Homer. c. 5 ed. Mehler: Ἐν ἱκανοῖς δὲ καὶ τὸν Μιτυληναῖον μελοποιὸν εὑρήσομεν ἀλληγοροῦντα. τὰς γὰρ τυραννικὰς ταραχὰς ἐξίσου χειμερίῳ προσεικάζει καταστήματι θαλάσσης, ἀσυνέτην καὶ (AB νὴ) τῶν ἀνέμων στάσιν (olim male haec verba ad Heraclidis orationem referebantur)· τὸ μὲν γὰρ . . . ἄγκυραι. Τίς οὐκ ἂν εὐθὺς ἐκ τῆς προτρεχούσης περὶ τὸν πόντον εἰκασίας ἀνδρῶν πλωϊζομένων θαλάττιον εἶναι νομίσειε φόβον; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει. Μυρσίλος γὰρ ὁ δηλούμενός ἐστι καὶ τυραννικὴ κατὰ Μιτυληναίων ἐγειρομένη σύστασις. cf. Matranga An. 299. Cocondrius περὶ τρόπων in Boisson. An. III 294 (cf. Walz Rhet. VIII 787): Παρὰ Ἀλκαίῳ· Συνίημι τῶν ἀνέμων τὴν στάσιν· τὸ μὲν γὰρ κτλ. — V. 1. Retinui quod Ahrens coniecit ἀσυνέτημι, coll. Choerobosc. in Psalm. 26: παρ' Αἰολεῦσι δὲ πολλὰ εὑρίσκονται, ἀσυνέτημι, ἐλευθέρωμι, δέδωμι (fort. δοκίμωμι), et Theodos. in Bekk. An. III 1045: τινὲς

τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἀν τὸ μέσσον
νᾶϊ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
χείμωνι μοχθεῦντες μεγάλῳ μάλα·
περ μὲν γὰρ ἄντλος ἰστοπέδαν ἔχει,
λαῖφος δὲ πὰν ζάδηλον ἤδη
καὶ λάκιδες μέγαλαι κατ' αὔτο·
χόλαισι δ' ἄγκοιναι.

19. [3.] 937

Τὸ δηὔτε κῦμα τῶν προτέρων ὄνω
στείχει, παρέξει δ' ἄμμι πόνον πόλυν
ἄντλην, ἐπεί κε νᾶος ἐμβᾷ
νή(ατα).

ἐνόμισαν τὰ εἰς μι πάντα τῆς Αἰολίδος εἶναι διαλέκτου· πολλὴ γάρ ἐστιν παρ' αὐτοῖς ἡ εἰς μι κατάληξις· γέλαιμι γὰρ καὶ ἀσυνέτημι φασί. Neque vero acquiesco in hac coniectura; offendit insolens structura (epist. 4 Heracliti *ἂν δὲ ὑμεῖς ἀξυνετῆτε γράμματα* suspicionem magis movet, quam arcet), *οὐ συνέτημι στάσιν* plus excusationis habuerit: sed multo magis offendit incommoda sententia: nam tempestatem coortam quilibet animadvertit. Poterat poeta dicere *ἦ ῥ' οὐ συνίην τ. ἀ. στάσιν*; i. e. nonne iam ante animadvertebam tempestatem? haud vanus sum augur, qui futurum periculum vobis cecini. Fortasse in eandem sententiam scribendum *Εὖ συν(ν)έτησα τῶν ἀνέμων στάσιν.* Antea suspicatus sum *Δασύνεται πάντων ἀνέμων στάσι*, i. e. horret coelum vel potius mare: nam *δασύνεται* nudum non magis insolens, quam *ἐνίκησε*, alia id genus. Horatius Od. I 14 hoc Alcaei carmen aemulatur, sed exordium immutavit, ut inde nil auxilii petere possis. — V. 3. Respicit huc Apoll. de pron. p. 379 B. — *ἀν*, Ahrens *ὀν*. — *μέσσον* Blomfield alii, libri *μέσον*, Cocond. *ἄμμε δὲ τὸ μέσον αἰεὶ φ. σ. μέλανι.* — V. 5. *μοχθεῦντες* Heracl., *μογέοντες* Coc., Ahrens *μόχθεντες.* — *μάλα* Coc., *καλὰν* Heracl. (AB *καλά*), hinc Blomfield *κάλων* coniecit. — V. 6. *περ* Hermann, vulgo *παρὰ*, AB *περὰ*, Blomfield *πὰρ* vel *πᾶσαν μὲν ἄντλος.* — V. 7. *πὰν* Ahrens, v. *πᾶν.* — *ζάδηλον* cum perperam interpretatus esset Hartung substituit *δαλητόν*, Ahrens *ζάδαλον* scripsit. — V. 8. *χόλαισι*, libri *χολαῖσι*, *χαλᾶσι* Ursinus. — *ἄγκοιναι* scripsi, legebatur *ἄγκυραι*, quae vocabula alias quoque a librariis permutata; vitium non procuravit G. Curtius *ἀγκύραις* coniiciens: nam non est locus ancorae, cum navis tempestate laborans in medio mari versatur. *Ἄγκοινα* (*ἀγκοίνη*) funis est, quo antenna ad malum religatur, cf. Boeckh Seewesen p. 132.

Fr. 19. Heraclid. c. 5: *Ὁμοίως δὲ τὰ ὑπὸ τούτου* (*Μυρσίλου*) *αἰνιττόμενος ἑτέρωθί που λέγει· Τὸ δὲ εὖ γε κῦμα τῷ προτέρῳ νεομωστίχει παρέξει δὲ ἄμμι πόνων πολλὴν ἄντλην* (quae sequuntur vulgo male ad Her. orationem referebant), *ἐπεὶ καὶ ναὸς ἐμβαίνει. Κατακόρως ἐν ταῖς ἀλληγορίαις ὁ νησιώτης θαλασσεύει καὶ τὰ πλεῖστα τῶν διὰ τοὺς τυράννους ἐπεχόντων κακῶν πελαγίοις χειμῶσιν εἰκάζει.* — V. 1. *δηὔτε* Seidler, *τῶν προτέρων* Seidler, *ὄνω* ego correxi, Seidler *ὅμω* coniecit, AB *τόδ' εὖτε κ. τω προτέρω νέμω*, Hermann *τῷ προτέρῳ νέον*, Gaisford *τῷ προτέρῳ 'νέμῳ*, similiter Blass *τῷ προτέρῳ 'νέμω* casu patrio. — V. 2. *στείχει* Blomfield, *στοιχεῖ* Ahrens, libri *στίχει.* — *πόνον*

20. [4.]

Νῦν χρὴ μεθύσθην καί τινα πρὸς βίαν πώνην, ἐπειδὴ κάτθανε Μύρσιλος.

21. [7.]

Μέλαγχρος αἴδως ἄξιος εἰς πόλιν.

22. [10.]

Λόφον τε σείων Κάρικον.

23. [11. 12.]

Ἄνδρες πόληος πύργος ἀρεύϊοι.

πόλυν AB, ut Elmsley coni., Hartung distinxit *πόλυν*, *ἄντλην ἐπεί κε ν. ἐ.* interpretatus *ἄντλον*, quod omni ex parte falsum. — V. 3. *κε*, libri *καὶ*, antea *κα* scripsi, Seidler *καν* i. e. *κατὰ*. — *ἐμβᾷ νή(ατα)* scripsi, i. e. *νείατα*, nisi *νῆτα* ad modum Doridis malis, libri *ἐμβαίνει*, Seidler *ἔμβᾳ*. Sed fortasse plura intercepta sunt, velut *ἐμβαίνῃ* (*κάτα, τετραέλικτος ἄλμα*), vide ad fr. 155, sive (*κάτα κἄμμ' ἐλάσῃ κατ' ἄκρας*) vocabulo diremto. — Huc fortasse respicit Schol. Pind. Isth. I 52: *Καὶ Ἀλκαῖος τὴν δυστυχίαν χειμῶνα καὶ τρικυμίαν λέγει*, ubi *Αἰσχύλος* corrigunt.

Fr. 20. Athen. X 430 A: *Κατὰ γὰρ πᾶσαν ὥραν καὶ περίστασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος (Ἀλκαῖος) εὑρίσκεται. — ἐν δὲ ταῖς εὐφρόναις* (Meineke *εὐφροσύναις* scripsit)· *Νῦν κτλ.* — V. 1. *μεθύσθην* libri ut videtur, vulgo *μεθύσκειν*. — V. 2. *πώνην* Ahrens, *πίνειν* Casaub., vulgo *πονεῖν*. Cf. Arcad. de Acc. 160, 4: *τὰ εἰς νω παραληγόμενα φύσει μακρῷ φωνήεντι, ὁπότε μὴ εἴη κατ' αἰολίδα διάλεκτον, περισπᾶται . . . τὸ πάνω (πώνω) βαρύνεται ὡς ἴδιον αἰολικόν*. Ceterum vir doctus coniecit: *καὶ χθόνα πρὸς βίαν παίειν*, ubi Hartung *κρούειν* praeoptat.

Fr. 21. Hephaest. 79: *τὸ καλούμενον Ἀλκαϊκὸν ἑνδεκασύλλαβον . . .*

Μέλαγχρος αἰδῶς (ita Fl Turn., sed A *αἰδῶς*, atque iam Vossius *αἰδῶς* correxit, *αἰδῶς ἄξιος* hinc affert Cram. Gramm. An. Ox. I p. 208, 17) *ἄξ. εἰς* (A *ἐς*) *πόλιν*. Valde offendit insolentia structurae, suspicor poetam scripsisse *Μέλαχρος, αἴδως ἄξιος ἦς πόλι*, ut tyrannum mortuum vel imperio privatum laudaverit, cum qui successerunt in eius locum, multum illo deteriores essent vel viderentur. Nolim *εἰς πόλι* commendare, nam forma *εἰς* a Lesbii sermonis proprietate abhorret, nec dominantem aut vivum laudaturus erat Alcaeus nisi cavillandi gratia; item participium *εἰς* repudio, quo Alcman usus est.

Fr. 22. Strabo XIV 661: *Τοῦ δὲ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ζήλου τά τε ὄχανα ποιοῦνται τεκμήρια καὶ τὰ ἐπίσημα καὶ τοὺς λόφους. ἅπαντα γὰρ λέγεται Καρικά. Ἀνακρέων μέν γε φησίν . . ., ὁ δ' Ἀλκαῖος· Λόφ. κτλ.* Eadem Eust. Il. 367, 25 (*τε* om.).

Fr. 23. Schol. Aeschyl. Pers. 347: *ἀνδρῶν γὰρ ὄντων ἔρκος ἐστὶν ἀσφαλές. Ἀλκαῖος· ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήϊος*, sed cod. Medic. sec. Gaisford Et. M. Praef. p. VIII *ἄνδρες πόληος πύργος ἀρεύϊοι*, (Dindorf tantum *ἀρεύιος* ex cod. Med. adnotavit,) quod praetuli, quamquam

24. [13.] 938

Schol. Aeschyl. Sept. 398: *Οὐδ' ἑλκοποιὰ γίνεται τὰ σήματα· ταῦτα παρ' Ἀλκαίου· οὐ τιτρώσκει τὰ ἐπίσημα ὅπλα, οὐδὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ δύναμιν ἔχει, εἰ μὴ ἄρα ὁ φέρων αὐτά, ἐὰν γενναῖος ᾖ.*

τεῖχος ἄρειον Homerus dixit Il. Δ 407. *O* 736. Huc adde Schol. Soph. Oed. R. 56: *Ἀλκαῖος· Ἄνδρες πόλεως πύργοι ἀρήϊοι*, eademque Suid. v. *Ἀρήϊος*. Antea Aristide usus (vide infra) locum in hunc modum supplevi:

οὐ λίθοι
τείχεων εὖ δεδομάμενοι,
ἀλλ' ἄνδρες πόλιος πύργος ἀρηϊοι.

nec poenitet me illius coniecturae: nam hanc fere sententiam videtur poeta pronuntiasse, neque cod. Med. lectionis *πόληος* tanta est auctoritas, ut supplementum (*ἀλλ'*) *ἄνδρες πόλιος πύργος ἀρεΰϊοι* sit spernendum. Sed quae praegressa sunt, non licet certo restituere, quandoquidem Aristides poetae sensa, non verba expressit: nam vocabulo *δεδομημένοι*, quod recentiores Graeculi frequentant (cf. Lobeck Phrynich. 587), Alcaeum usum esse non est verisimile. — Respicit hunc locum Aristid. I 821: *δι' ἃ πάντα χρὴ καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἐνεγκεῖν ὡς πραότατα καὶ τῶν δευτέρων ἐρρωμένως ἀντέχεσθαι καὶ τὸν λόγον βεβαιῶσαι, ὅτι οὐκ οἰκίαι καλῶς ἐστεγασμέναι οὐδὲ λίθοι τειχῶν εὖ δεδομημένοι οὐδὲ στενωποί τε καὶ νεώρια ἡ πόλις, ἀλλ' ἄνδρες χρῆσθαι τοῖς ἀεὶ παροῦσι δυνάμενοι.* Alcaei hanc esse sententiam indicat idem II 273 (Phot. Bibl. p. 430 A): *Τὸν λόγον ὃν πάλαι μὲν Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς εἶπεν, ὕστερον δὲ οἱ πολλοὶ παραλαβόντες ἐχρήσαντο ὡς ἄρα οὐ λίθοι οὐδὲ ξύλα οὐδὲ τέχνη τεκτόνων αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ὅπου ποτ' ἂν ὦσιν ἄνδρες αὐτοὺς σώζειν εἰδότες, ἐνταῦθα καὶ τείχη καὶ πόλεις.* Cf. etiam I 791: *ἐὰν . . τοῦ θαυμάζειν τοὺς λίθους ἀνῆτε μικρόν τι καὶ νομίσητε πλείονος ἀξίους ὑμᾶς αὐτοὺς τῶν οἰκοδομημάτων καὶ πιστεύσητε ἀληθὲς εἶναι τὸ πάλαι τοῦτο, ὡς ἄρα οὐ τείχη οὐδὲ ᾠδεῖα οὐδὲ στοαὶ οὐδὲ ὁ τῶν ἀψύχων κόσμος αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ἄνδρες αὐτοῖς εἰδότες θαρρεῖν.* Ad idem hoc carmen fort. referendum quod dicit Plato de Leg. VI 778 D: *περὶ δὲ τειχῶν, ὦ Μέγιλλε, ἔγωγ' ἂν τῇ Σπάρτῃ ξυμφεροίμην τὸ καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα τὰ τείχη καὶ μὴ ἐπανιστάναι, τῶνδε εἵνεκα· καλῶς μὲν καὶ ὁ ποιητικὸς ὑπὲρ αὐτῶν λόγος ὑμνεῖται τὸ χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ δεῖν εἶναι τὰ τείχη μᾶλλον ἢ γήϊνα.* Nisi forte Tyrtaeus eandem sententiam carmine illustravit, quorsum referre possis quod est ap. Hephaest. p. 3:

Τίρυνς, οὐδέ τι τεῖχος ἐπήρκεσε.

Huc adde Nicolaum Progymn. I 277 Walz: *πρὸς ἃ δὴ βλέπων Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς οὐ ξύλα καὶ λίθους, ἀλλ' ἄνδρας ἐφιλοσόφησε πόλεως σύστασιν.* et Philotheum ap. Mingarelli Codd. Nan. 533. Sed sive Alcaeus primus sive iam ante Lacon aliquis poeta Spartanorum virtutem eximio hoc praeconio decoravit, postera aetate, cum fraudulentorum hominum industria clarorum virorum nominibus abusa litteras commenticias studiose propagaret, hoc dictum ad Lycurgum translatum, v. Plut. Lyc. 19: *φέρονται δ' αὐτοῦ καὶ δι' ἐπιστολῶν ἀποκρίσεις τοιαῦται πρὸς τοὺς πολίτας . . . . καὶ πάλιν περὶ τῶν τειχῶν· οὐκ ἂν εἴη ἀτείχιστος πόλις, ἅτις ἀνδρείοις* (corrigas *ἀνδράσιν ἀρείοις*), *καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται.*

25. [14.]

Ὄνηρ οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κρέτος
ἀντρέψει τάχα τὰν πόλιν· ἃ δ' ἔχεται ῥόπας.

26. [94 b.]

Οὐδέ πω Ποσείδαν
ἄλμυρον ἐστυφέλιξε πόντον·
οἷον (πέδον) γᾶς γὰρ πέλεται σέων.

*27. 939

Ἔπταζον ὥστ' ὄρνιθες ὤκυν
αἰετὸν ἐξαπίνας φάνεντα.

*28.

Ἄρευ δαΐφοβος δαΐκτηρ.

*29.

Ἄρευος στρατιωτέροις.

Fr. 25. Arist. Vesp. 1234: *Ὠνθρωφ', οὗτος ὁ μαιόμενος* (sic Rav., vulgo *μαινόμενος*) *τὸ μέγα κράτος Ἀντρέψεις ἔτι τὰν πόλιν, ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς·* ubi Schol. *παρὰ τὰ Ἀλκαίου· Ὄνησεν οὗτος καὶ μαινόμενος* (cod. Ven. *ὤνησαι οὗτος ὁ μαινόμενος* et *τρέψεις τάχα*) *τὸ μ. κράτος τάχα τρέψεις τὴν π. ἃ δ' ἔ. ῥ., ἀντὶ τοῦ μέγα κράτος· οὕτως Αἰολεῖς.* unde Buttmann vidit Aeolicum *κρέτος* restituendum esse, contra Seidler *ζητῶν* i. e. interpretamentum vocis *μαιόμενος* addendum censuit. et deinde: *ἐκ τῶν Ἀλκαίου δὲ παρῳδεῖ εἰς Κλέωνα ὡς μαινόμενον.* Rectius Schol. in Thesmoph. 162: *Ἐν Σφηξὶν* (*παρῴδηται τό*)*· Ὄνὴρ οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μ. κράτος.* — V. 1. *κρέτος* Buttmann et Seidler, legebatur *κράτος.* — V. 2. *ἀντρέψει* Seidler, *ὀντρέψει* Ahrens.

Fr. 26. Coniunxi duo fr., quorum prius (v. 1. 2) servavit Herodian. *περὶ μον. λέξ.* 10, 25: *Εἴρηται δὲ ὁ δαίμων παρ' Ἀλκαίῳ διὰ τοῦ ᾱ μένοντος τοῦ ᾱ Ποσειδᾶν· Οὐδέπω κτλ.* Choerobosc. Epim. I 277 *Ποτείδαν* Aeolicum dicit, sed 299 *Ποτίδαν* et *Ποσείδαν* iisdem tribuit. — V. 3. Et. Flor. Miller Misc. 264: *σείω· ἔστι γὰρ σέω, ὡς παρ' Ἀλκαίῳ· οἷον γᾶς γὰρ πέλεται σέως* quae correxi: nisi forte *οἷον* (*πέδον*) *γὰρ γᾶς* malis. Meineke *οἷον* seclusit, et *γᾶς* pluralem numerum esse existimavit.

Fr. 27. Herod. *περὶ μον. λέξ.* 23, 9: *Παρητησάμεθα δὲ Αἰολίδα διάλεκτον διὰ τὸ Πτάζω, ἔπταζον· ὡς τό· Ὄρνιθες ὠκὺν αἰετὸν ἐξαπτήνας φανέντα.* Poetae nomen quamvis sit omissum, probabiliter Alcaeo tribuas. Correxi codicis scripturam.

Fr. 28. Herodian. Cram. An. Ox. III 237, 1: *Ζητοῦμεν καὶ τὴν τοῦ Ἄρης, Ἄρεος γενικὴν πῶς εὕρηται διὰ διφθόγγου· λέγομεν Ἄρευος, Ἄρευϊ· . . . ἡ κλητική· Ἄρευ δι' ὁ φόβος διακτήρ.* Scripsi *δαΐφοβος*, Cramer *δαΐκτηρ.* Hartung *δαΐφρον.* Blass *Ἄρευ, δι' ὃν φόβος δαίκτηρ. Alcaei* haud dubie versus est.

Fr. 29. 30. 31. Tria haec fragmenta Alcaeo tribuit Seidler, legun-

*30.

Τὸ γὰρ
Ἄρευϊ κατθάνην κάλον.

*31.

Μῖξαν δ' ἐν ἀλλάλοις Ἄρευα.

---

32. [9.]

ΠΡΟΣ ΜΕΛΑΝΙΠΠΟΝ.

Herodotus V 95: *Πολεμεόντων δέ σφεων παντοῖα καὶ ἄλλα ἐγένετο ἐν τῇσι μάχῃσι, ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς συμβολῆς γενομένης καὶ νικώντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει. τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι καί σφεα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ· ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ ποιήσας ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτυλήνην, ἐξαγγελλόμενος τὸ ἑωυτοῦ πάθος Μελανίππῳ ἀνδρὶ ἑτάρῳ.* Ipsum carminis initium servavit Strabo XIII 600 (ubi Meinekius ab aliena manu additum esse censet): *Πιττακὸς δ' ὁ Μιτυληναῖος πλεύσας ἐπὶ τὸν Φρύνωνα* 940 *στρατηγὸν (τῶν Ἀθηναίων) διεπολέμει τέως, διατιθεὶς καὶ πάσχων κακῶς· ὅτε καὶ Ἀλκαῖος φησὶν ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν ἔν τινι ἀγῶνι κακῶς φερόμενον τὰ ὅπλα ῥίψαντα φυγεῖν· λέγει δὲ πρός τινα κήρυκα κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ· Ἀλκαῖος σόος Ἄρει ἐνθάδ' οὐκυτὸν ἁληκτορὶν ἐς γλαυκωπὸν ἱερὸν ὃν ἐκρέμασαν Ἀττικοί.* ubi σόος h a m. sec., σος F, σῶς rwx, om. i. — *Ἄρει, ἄρει* ho, *ἄροι* ceteri (F *αροι*). — *ἐνθάδ'* Dhz (*ἐνθαδ* F), *ἐνθάδε* x, *ἔνθα δ'* C. — *οὐκυτόν, οὐχυτον* h, *οὐχυ τὸν* i, *οὐκ αὐτὸν* C (ut videtur) moz, *οὐ κεῖται* rw. — *ἁληκτορὶν, ἁλυκτορὴν* oz, *τὸν ἁληκτορὶν* Ald. — Welcker coni. *Ἀλκ. σῶος, ἀρήϊ' ἔντεα δ'* (hoc iam Wesseling) *οὐχί· τὰν ἀλκτῆρα ῥινὸν ἐς Γλαυκωποῦ* (hoc iam Wesseling) *ἱερὸν ἐκρ. Ἀ.*, Seidler *Ἀλκαῖος . . σῶος Ἄρει, Ἔντεα δ' οὐκί, τά οἱ τὸ ἁλίκτυπον ἐς Γλαυκωποῦ Ἶρον ὀνεκρέμασαν Ἀττικοί.* probante Schneidewino, nisi quod de Lindavii coniectura *ἁλίκροτον* scripsit. Ahrens *Ἄλκαος σῶος . . . Ἀρήϊ' ἔντεα δ' οὐκ (ἴσως)· αὖτον δ' ἀλυκτόρινον εἰς Γλαυκώπιον ἶρον ὀνεκρέμασσαν*

tur ap. Choerobosc. Epim. I 210 (Bekk. An. T. III 1340): *Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ εἰς ευς ἀποβάλλουσι τὸ υ κατὰ τὴν γενικὴν . . . χωρὶς τοῦ Ἄρευς, Ἄρευος· τοῦτο γὰρ ἐφύλαξε τὸ υ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν, οἷον· Ἄρευος στρατιωτέροις κτλ.* — Fr. 29 cod. Marc. *στρατιωτέρως.* — Fr. 30. *τὸ*, cod. Marc. *τῷ. κατθάνην* Ahrens, v. *καταθανεῖν.* — Fr. 31. *μῖξαν δ' ἐν ἀλλάλοις* Schneidewin, v. *μίξαντες ἀλλήλοισιν*, sed Herodian. Cram. An. Ox. III 237, 3: *μίξαν δὲ ἀλλήλοις.* — *Ἄρευα*, cod. Marc. *Ἄρευϊ.*

. . . *Ἄττικοι.* vel si malis: *Ἄγγελλε κᾶρυξ οἰκαδις· Ἄλκαος Σάος γ', ἀρήϊ' ἔντεα δ' οὐ φύγον, Ἃ δὴ κτέρας Γλαυκώπιόνδε Ἄττικοι Ἷρον ὀνεκρέμασσαν.* Kramer *ἔντεα δ' οὐκ εὕρυτο* coni. et deinde de Ursini coni. *ἀνεκρέμασαν* edidit. Hartung *Ἀλκαῖος σόος αὖτος Ἄρην, | ἔντεα δ' οὐ φύγον, ἃ κτέρας εἰς | Γλαυκώπιον Ἷρον ὀνεκρέμασαν | Ἄττικοι.* Hecker *Ἀλκαῖος σῶος Ἄρευϊ, ἔντος δὲ κλύτον ἀνάκτορον ἐς Γλαυκώπιον ἷερον ἀνεκρέμασαν Ἀττικοί.* Blass *εὔκυκλον δ' ὀνθήκατο ῥῖνον ἐς Γλαυκώπιον Ἷρον | οἳ κρέμασσαν Ἄττικοί* non curans numerorum proprietatem, nam ad Sapphicum metrum revocat. Fortasse Alcaeus scripsit:

Σῶς Ἀλκαῖος Ἄρῃ,
Ἔντεα δ' οὔ· κύτος (αὖον) ἀνάκτορον ἐς Γλαυκώπω
Ἷρον ὀνεκρέμασαν
Ἄττικοι.

numeris usus Archilochiis. Spondei v. 1 et 2 in nominibus propriis admissi non offendunt. Pro *ἀνάκτορον* v. 2 fort. legendum *Ἀλέκτορος*, cf. Eustath. 1479, 30.

---

33. [67. 8.]

ΠΡΟΣ ΑΝΤΙΜΕΝΙΔΑΝ.

Ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαντίναν
λάβαν τῶ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων,
(ἐπειδὴ μέγαν ἆθλον Βαβυλωνίοις
συμμάχεις τέλεσας, ῥύσαό τ' ἐκ πόνων,)
κτένναις ἄνδρα μαχαίταν βασιλῆων 941
παλαίσταν ἀπολείποντα μόνον μίαν
παχέων ἀπὺ πέμπων.

Fr. 33. V. 1 et 2 affert Hephaest. 58: *Τὸ δὲ ἀκατάληκτον, τὸ μόνον τὴν τελευταίαν ἔχον ἰαμβικὴν καλεῖται Ἀσκληπιάδειον, οἷον τὸ Ἀλκαίου (τὸ Ἀλκ.* om. FlHB)· *ἦλθες (ἦλθεν* FlH, *ἦλθον* B) *κτλ.* — *γᾶς* Libanius (vulgo *γῆς*), qui carminis initium resp. I 406 Reiske: *Ἀρ' οὖν μοι καιρὸν ἔχει κατὰ τὸν Λέσβιον Ἀλκαῖον ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν· Ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς οὐκ ἐλεφαντίνῃ χρυσοδέτῳ καλλωπιζόμενος λαβῇ, καθάπερ ἐκεῖνος ἐποίησεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς χρυσῇ ψυχῇ κατευθύνων τὴν οἰκουμένην.* — *ἐλεφαντίναν*, Fl *ἐλεφαντίνων.* — Carminis argumentum illustrat Strabo XIII 617: *ἄνδρας δ' ἔσχεν ἐνδόξους (Μιτυλήνη) τὸ παλαιὸν μὲν Πιττακόν, καὶ τὸν ποιητὴν Ἀλκαῖον καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀντιμενίδαν, ὃν φησὶν Ἀλκαῖος Βαβυλωνίοις συμμαχοῦντα τελέσαι μέγαν ἆθλον καὶ ἐκ πόνων αὐτοὺς ῥύσασθαι κτείναντα ἄνδρα μαχαίταν, ὥς φησι, βασιλήων παλαιστὰν* (DFhi *παλαστὰν*) *ἀπολιπόντα μόνον ἀνίαν παχέων* (moxz *τ' ἀχέων*) *ἀπυπέμπων* (sic F, reliqui *ἀποπέμπων*). Unde v. 3 et 4 restitui, cetera emendavit O. Müller, nisi

III. ΣΚΟΛΙΑ.

34. [27.]

Υ̓́τει μὲν ὁ Ζεύς, ἐκ δ' ὀράνω μέγας
χείμων, πεπάγασιν δ' ὐδάτων ῥόαι.
— — — — —
— — — —
κάββαλλε τὸν χείμων', ἐπὶ μὲν τίθεις
πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως
μέλιχρον, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
μάλθακον ἄμφι . . γνόφαλλον.

35. [29.]

Οὐ χρὴ κάκοισι θῦμον ἐπιτρέπην·
προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι,
ὦ Βύκχι, φάρμακον δ' ἄριστον
οἶνον ἐνεικαμένοις μεθύσθην.

quod v. 5 *βασιλήιον* scripsit, ego praeoptavi *βασιληΐων*. (Superavit igitur quattuor digitis vel Herculis staturam, si fides est Herodoro ap. Schol. Pind. Isthm. III 87, sed prorsus aequavit Perseum, de quo Herod. VII 117: *μεγάθεϊ μέγιστον ἐόντα Περσέων· ἀπὸ γὰρ πέντε πηχέων βασιληίων ἀπέλειπε τέσσερας δακτύλους*. qui quidem scriptor alio loco I 178 exponit, regius cubitus quantum exsuperet Graecorum mensuram: *ὁ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι.*) Contra Ahrens: *Βαβυλωνίοις συμμάχεις ἐτέλεσσάς τ' ἄεθλον μέγαν Κὴκ πόνων πόλεων ἄσφ' ὑπερθύσαο, Κτένναις ἄνδρα μ. β. παλάσταν ἀπυλείποντα μόναν ἴαν Πάχεων ἀπὺ πέμπων.* Meineke maluit *τέλεσας μέγα ἄθλον, ἔκ τε πόνων σφεῖας ἐρύσαο.*

Fr. 34. Athen. X 430 A: *Κατὰ γὰρ πᾶσαν ὥραν καὶ περίστασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος (Ἀλκαῖος) εὑρίσκεται. χειμῶνος μὲν ἐν τούτοις· Υ̓́τει κτλ.* — V. 1. *ὗει*, Hecker *νίφει* requirit. — *ἐκ δ'* ABP, *ἐν δ'* VL. — *ὀράνω, ὁρανῶ* cod. Farnes. ap. Ursinum, *ὠρανῶ* ABP, *ἀρανῶ* V, *οὐρανῷ* L. Cf. Herodian. *περὶ μον. λέξ.* 7, 27: *Ἀλκαῖος δὲ καὶ εἰς ῶ ἀποφαίνεται τὸ ὄνομα καὶ ὠρανὸς λέγων κατὰ τροπὴν τὴν ου διφθόγγου εἰς τὴν ω καὶ ἄνευ τοῦ υ ὀρανός.* — V. 2. *πεπάγασιν, πεπάγασι* PVL, *πεπήγασι* B, utrumque A. Ahrens *πεπάγαισιν* requirit. — V. 3. *κάββαλλε* VL, *κάμβαλλε* BP. — V. 4. *κίρναις* L, *κιρναῖς* V, *κιρνὰς* C, *κιρναῖς* AP. — V. 5. 6 om. C. — V. 5. *αὐτάρ* et *ἀτάρ* etiam apud Aeolenses tralaticium accentum retinere docent grammatici, vid. Ahrens D. Aeol. 10, sed de vocula *αὐτάρ* haesito, quandoquidem in Homeri carminibus omnino ita collocatur, ut prior syllaba ictu feriatur, inde conficias, etiam Ionicos poetas antiquos *αὐταρ* pronuntiavisse. Item accentus vocis *οὐδέν* fr. 35, 2 et alibi incertus. — *ἀμφὶ κόρσᾳ, ἀμφικόρσαι* P, *ἀμφικέρσαι* B. — V. 6. *ἀμφι . . γνόφαλλον*, B *ἀμφιγνόφαλλον*, PV *ἀμφὶ γνόφαλλον*, L *ἀμφὶ γναφαλλον*. Supplent *ἀμφιτίθη(τίθει), ἀμφιτίθεις, ἀμφιβαλών*. Hartung *μάλθακον ἐσσάμενος γν.*

Fr. 35. Athen. X 430 B: *Ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασιν (Ἀλκαῖος)· Οὐ χρὴ κτλ.* — V. 1. *θῦμον, θυμὸν* Stephanus, vulgo *μῦθον*. — *ἐπιτρέπην*

36. [33. 32.] 942

Ἀλλ' ἀνήτῳ μὲν περὶ ταῖς δέραισιν
περθέτω πλέκταις ὑποθυμιδάς τις,
καδ δὲ χευάτω μύρον ἄδυ κατ τῶ
στήθεος ἄμμι.

37 A. [5.]

Τὸν κακοπάτριδα
Πίττακον πόλιος τᾶς διχόλω καὶ βαρυδαίμονος
ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινέοντες ἀόλλεες.

37 B. [6.]

Diog. Laert. I 81 (unde hausit sua Suidas v. *Σαράπους*): *Τοῦτον (Πιττακὸν) Ἀλκαῖος σαράποδα μὲν καὶ* (lege *ἢ*) *σάραπον* (Cod. Cant. *σύραπον*, Hartung *συρόποδα*) *ἀποκαλεῖ διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι καὶ ἐπισύρειν τὼ πόδε, χειροπόδην δὲ διὰ τὰς ἐν τοῖς ποσὶν ῥαγάδας, ἃς χειράδας ἐκάλουν* (cf. Et. M. 810, 27: *Χείραι, αἱ ἐν τοῖς ποσὶν ῥαγάδες. καὶ χειρόποδες οἱ οὕτω τοὺς πόδας κατερρωγότες, οἷον ῥαγόποδες*· non tamen propterea *χειρόποδα* corrigendum; Hartung *χιραπόδην* requirit), *γαύρικα* (Menage

Ahrens, vulgo *ἐπιτρέπειν*. — *ἀσάμενοι*, B *ἀσάμενος*. — V. 3. *Βύκχι* Schweighaeuser, cf. Etymol. M. p. 216, 47, AP *Βυκχί*, B *βυγχί*, VL *βακχί*. — V. 4. *μεθύσθην* ABP, *μεθυσθῆναι* VL.

Fr. 36. Coniunxi duo fragmenta in unum: v. 1 et 2 leguntur ap. Athen. XV 674 C: *Ἐκάλουν δὲ καὶ οἷς περιεδέοντο τὸν τράχηλον στεφάνους ὑποθυμιάδας, ὡς Ἀλκαῖος ἐν τούτοις· Ἀλλ' ἀνήτω κτλ.* — V. 1. *ἀλλ' ἀνήτω μὲν* Casaubonus, B *ἀλλὰ ἀννήτω μεν*, Cant. L *ἀλλὰ ἀννήτωμεν*, Schneidewin *ἀνήττω*. — *ταῖς δέραισι* Ahrens, vulgo *ταῖς δέραις*, unde olim scripsit *ταῖσι δέρραις*. — V. 2. *περθέτω* Cant. L, *παρθέτω* Casaubonus. — *πλέκταις ὑποθυμίδας* Blomfield, vulgo *πλεκτὰς* (Cant. L *πλέκτας*) *ὑποθυμιάδας*. — V. 3 et 4 leguntur apud Athen. XV p. 687 C: *Ἀλκαῖος ἔφη· Κἀδ' ἐχεύσατο* (B *καδδιεχεύσατο*, C *καδδεχεύατο*) *μύρον ἀδὺ* (Ahrens *ἄδυ*) *κτλ.* quae emendavi. Praeterea resp. v. 1 Pollux VI 107, v. 2 Schol. Theocr. VII 63. Athen. XV 678 D.

Fr. 37 A. Aristot. Polit. III 9, 5: *οἷον εἵλοντό ποτε Μιτυληναῖοι Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας, ὧν προειστήκεσαν Ἀντιμενίδης καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητής. Δηλοῖ δ' Ἀλκαῖος, ὅτι τύραννον εἵλοντο τὸν Πιττακὸν ἔν τινι τῶν σκολιῶν μελῶν· ἐπιτιμᾷ γὰρ ὅτι· Τὸν κτλ.* — V. 2. *πόλιος* Schneidewin, vulgo *πόλεως*. — *διχόλω* scripsi, i. e. discordis, quemadmodum *δίχολοι γνῶμαι* dicuntur, vide infra p. 193. Atque *διχόλω* etiam Schmidt commendavit, *ἀχόλω* libri (B 2, 3 *ἀχόλῳ*), Camerarius et Schneider *ἀσχόλω*, ego olim conieci *ζαχόλω*. — V. 3. *ἐπαινέοντες*, *ἐπαίνεντες* Ahrens. Resp. Plut. Erot. c. 18: *Κοινῇ τὸν Ἔρωτα συνεγγράφουσιν εἰς θεοὺς ποιητῶν οἱ κράτιστοι καὶ νομοθετῶν καὶ φιλοσόφων ἀθρόαι φωναὶ μέγα ἐπαινέοντες, ὥσπερ ἔφη τὸν Πιττακὸν ὁ Ἀλκαῖος αἱρεῖσθαι τοὺς Μιτυληναίους τύραννον.* ubi Reiske *ἀθρόᾳ φωνᾷ* vel *ἀθρόαις φωναῖς* coniecit, ut Alcaei sint verba, probante Schneidewino.

γαύρηκα, vid. Hesych. γαύρηξ, ὁ γαυριῶν) δὲ ὡς εἰκῆ γαυριῶντα, φύσκωνα δὲ καὶ γάστρωνα (Pollux II 173: τὸν δὲ Πιττακὸν [ABC Ψιττακὸν, quemadmodum in nummo Lesbio apud Mionnet. Suppl. VI p. 64 Φιττακός scriptum] γάστρωνα ὁ Ἀλκαῖος καλεῖ), ὅτι παχὺς ἦν, ἀλλὰ μὲν καὶ ζοφοδορπίδαν (cod. Mon. ζοφοδορπόδαν, Suid. ζοφοδορπίδα, sed ζοφοδορπίδας tuetur Plut. Quaest. Sympos. VIII 6, 1; ceterum cf. Hesych. Ζοπαδασπίδας· λαθροφάγους, ubi Ζοποδαπτίδας corrigunt, et Ζοφοδερκίας· σκοτόδειπνος, λαθροφάγας, ubi Ζοφοδορπίας corrigunt) ὡς ἄλυγνον, ἀγάσυρτον (Lobeck et Hecker ἀνάσυρτον, Hartung ὑπόσυρτον) δὲ ὡς ἐπισεσυρμένον καὶ ὑπαρόν. quae haud dubie omnia ex eodem carmine, ex quo fr. 37 A, petita sunt. 943

*38.

Τριβώλετερ· οὐ γὰρ Ἀρκάδεσσι λώβα.

39. [28 a.]

Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,

Fr. 38. Hephaestio 63: τὰ δὲ τρίμετρα ἀκατάληκτα (ἰωνικὰ ἀπὸ μείζονος) διχῶς συνέθεσαν οἱ Αἰολεῖς . . . ἔνια δὲ καὶ ἐκ μιᾶς ἰωνικῆς καὶ δύο τροχαϊκῶν, οἷον· τριβωλέτερ'· οὐ γὰρ Ἀρ. λ., ubi ACPS τριβώλετερ, FlHB τριβώλετες. atque τριβώλετερ vocandi casum esse testatur Choerobosc. Epim. I 272: οἱ Αἰολεῖς ἔθος ἔχουσι συστέλλειν τὸ η̄ εἰς τὸ ε̄ ἐν τῇ κλητικῇ καὶ ἀναβιβάζειν τὸν τόνον· οἷον ὁ τριβολέτηρ, ὦ τριβολέτερ· ἔστι δὲ εἶδος ἀκάνθης. accentum retrahendum esse idem docet II 431. Vocabulum ipsum, quod non recte interpretatur Hermann a voce τρίβος repetens, ex τρίβολος et ὀλετήρ compositum, apud Choeroboscum scribendum: ἔστι δὲ τρίβολος εἶδος ἀκάνθης. Plantae huius fructu pauperes vescebantur, vid. Dioscor. IV 14: οἱ δὲ περὶ τὸν Στρύμονα ποταμὸν Θρᾷκες τὴν μὲν πόαν χλωρὰν ἱπποτροφοῦσι, τὸν δὲ καρπὸν γλυκὺν ὄντα καὶ τρόφιμον σιτοποιοῦνται, χρώμενοι αὐτῷ ἀντὶ ἄρτου. Est igitur ex τριβολολέτηρ in artum redactum, quemadmodum τετρᾶχμον ex τετράδραχμον, μώνυχες ex μονώνυχες ortum. Versum, quem antea Neuium alios secutus Sapphoni tribui, nunc Alcaci reliquiis inserui, qui hoc convicio usus videtur, ut Pittaco paupertatem exprobraret; hoc igitur dixit: cum ipse tribuli fructus comedas, non amplius Arcades culpandi sunt, quod iuglandibus vescantur; itaque nescio an rectius οὐκ ἄρ' scribatur, nam poeta videtur dixisse οὐκ ἀρ' Ἀρκάδεσσι λώβα | φάγην βαλάνοις vel ἔμμεν βαλαναφάγοις. Ac fortasse huc pertinet fr. 91.

Fr. 39. Carmen hoc ex variis fragmentis composui. V. 1 cum initio v. 2, et deinde v. 3. 6. 7. 8 servavit Proclus ad Hesiodi Op. 584: Τοιαῦτα δὲ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ᾄδειν· οἴνῳ πνεύμονα τέγγε (ita AB Trinc., sed Gaisford τέγγε πνεύμονας οἴνῳ)· τὸ γ. ἄ. περιτέλλεται (περιστέλλεται AB Trinc.)· ἃ δ' ὥρα χαλεπά· ἄχει κτλ. V. 1 et 2 leguntur ap. Athen. X 430 B: Θέρους δὲ (Ἀλκαῖος)· Τέγγε (ubi τέγγε AC, τέγγαι B, τέγγη PVL) πλεύμονας (P πλεύμωνας) . . . . ἃ δ' (A a m. s. ἡ δ' et similiter deinde χαλεπή) . . . δὲ δίψαις (sic B, δὲ διψαις AP, δέδιψαις V, δὲ διψᾷ C, δὲ δειψᾷ L) ὑπὸ καύματος. iidemque duo versus ib. extant I

ἀ δ' ὥρα χαλέπα, πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος. 944
ἄχει δ' ἐκ πετάλων Ϝάδεα τέττιξ, πτερύγων δ' ὕπο
κακχέει λιγύραν (πύκνον) ἀοίδαν, (θέρος) ὅππότα
φλόγιον κατὰ γᾶν πεπτάμενον πάντα κατανάνῃ.
ἄνθει καὶ σκόλυμος· νῦν δὲ γύναικες μιαρώταται,
λέπτοι δ' ἄνδρες, ἐπὴ καὶ κεφάλαν καὶ γόνα Σείριος
ἄζει.

22 E: *φησὶ δὲ καὶ Ἀλκαῖος ὁ Μυτιληναῖος ποιητής· Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε . . . περιτέλλεται* (V *πυρὶ τέλλεται*) *ἡ δ' ὥρη χαλεπή· π. δὲ διψᾷ* (sic L, *δὲ δι . .* V, *δ' ἐδι . .* D, *δ' ἐδ . .* D, *δ' ἐδίψουν* C) *ὑπὸ κ.* Praeterea v. 1 affert Gellius XVII 11. Macrob. Sat. VII 15. Plutarch. Sympos. VII 1, 1, respicit idem de Stoicor. repugn. c. 29. Denique Eustath. ad Od. 1612, 14 affert *οἴνῳ πνεύμονα τέγγε*, et ad Il. 643, 5 et 890, 47 *τέγγε πνεύμονας οἴνῳ*. Mire Iahn in Herme VI 427 Petronianum c. 34 et 73 *tengomenas faciamus* ad principium Alcaici carminis revocat atque inde colligit, etiam Neronis saeculo Lesbii poetae carmina Romae esse recitata: atque alii quoque interpretes obscurum illud *tengomenas* vel potius *tangomenas* a graeco verbo *τέγγειν* repetunt: quod quo iure faciant, non intelligo. — V. 1. *πνεύμονας οἴνῳ* edidi secutus Athen. loco priore et Plut., ap. Gell. *πνεύμονα οἴνῳ*, unde Grotefend alii *πνεύμονα Ϝοίνῳ*. Quod ceteri exhibent *οἴνῳ πνεύμονα τέγγε*, inde videtur repetendum, quod fuit antiquioris poetae didactici versus: *Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, φίλης δ' ἀπέχου Κυθερείης* (vid. Suid. v. *τέγγε*), quem imitatus est Alcaeus. — V. 2. *δίψαισ'* Seidler. — V. 3. 6. 7. 8 adiecti sunt ex Proclo ad Hesiod. Op. v. 584, qui una cum initio carminis attulit: *ἄχεῖ δ' ἐκ πετάλων τάδε ἂν τέττιξ, ἄνθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος, νῦν δὲ μιαρώταται γυναῖκες, λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σ. ἄζει.* — V. 3 redintegravi et v. 4. 5 addidi ex Demetrio de elocut. 142, ubi omisso auctoris nomine leguntur atque sine idoneo argumento Sapphoni tribuebantur: *Γίγνονται καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες, ἤγουν ἀπὸ μεταφορᾶς· ὡς ἐπὶ τοῦ τέττιγος· Πτερύγων δ' ὑποκακχέει λιγυρὰν ἀοιδάν, ὅ τι ποτ' ἂν φλόγιον καθέταν* (ita etiam R, *καθέτως* n) *ἐπιπτάμενον καταυδείῃ*. — V. 3. *Ϝάδεα* Seidler, *ἀδέα* Graevius, vulgo *τάδε ἂν* apud Proclum. — *δ' ὕπο κακχέει* scripsi, Demetrius *δ' ὑποκακχέει* (Ald. Vind. *ὑποκαταχέει*, n *καταχέει*, Cantab. *ὕπο καταχέει*), Ahrens *ὕπα*, Iacobs *ἀπὸ*. — V. 4. *πύκνον* adieci, vid. Hesiod. Op. 584. — (*θέρος*) *ὅππότα φλόγιον κατὰ γᾶν πεπτάμενον* (*πάντα*) *κατανάνῃ* scripsi; quae Hesiodus tribus verbis *θέρεος καματώδεος ὥρῃ* significavit, pluribus persequitur Alcaeus. *ὅππότα* pro *ὅτι ποτ' ἂν* correxit Ahrens, *πεπτάμενον* pro *ἐπιπτάμενον* Hartung; sed praestat fortasse *ἱστάμενον* ut *κατὰ γᾶν* ad *πάντα κατ.* referatur, cf. Hesiod. Scut. 393: *ἦμος δὲ χλοιῷ κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ ὄζῳ ἐφεζόμενος θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν ἄρχεται. κατανάνῃ* (Ahrens et Finckh *κατανλέῃ*, i. e. cicada) sine exemplo posui, sed est principalis forma, et quemadmodum *οἰδάνω* et *οἰδαίνω* alia variantur, ita Aeoles *αὐάνω* pro *αὐαίνω* usurpavisse verisimile. Alii aliter haec conformaverunt, Emperius *θέος ὅππότα φλογμὸν πρὸς καθέταν ἱστάμενος θῇ καματώδεα*, Hartung *ὅτε τ' ἵπτεται φλόγιον καθέταν πεπτάμενον καῦμα κατ' αὔλακας*, Iacobs *ὅτε ποτ' ἂν φλόγιον καῦμ' ἀχέταν ὑπὸ πετάλοις καταναίνῃ*. — V. 6. *καὶ* scripsi, vulgo *δὲ καὶ*, Seidler *δὲ*, minus grata eiusdem voculae repetitione. Deinde Seidler *γυναῖκες μιαρώταται*, vulgo *μιαρώταται γυναῖκες*. —

40.

Πίνωμεν, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

41. [31.]

Πίνωμεν· τί τὸ λύχνον μένομεν; δάκτυλος ἀμέρα.
καδ δ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις, αἴτ' ὅτι Οἶκι λαῖς·
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Δίος υἷος λαθικάδεα 945
ἀνθρώποισιν ἔδωκ'· ἔγχεε κίρναις ἕνα καὶ δύο
πλέαις κακ κεφάλας, ἀ δ' ἀτέρα τὰν ἀτέραν κύλιξ
ὠθήτω.

V. 7. δ' Seidler vulgo δέ τοι. — ἐπεὶ καὶ scripsi, vulgo ἐπεί. — γόνα scripsi, vulgo γόνατα. Resp. huc Plinius Hist. Nat. XXII 43, ubi de scolymo dicit: „*Venerem stimulare in vino Hesiodo et Alcaeo testibus: qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse et mulieres libidinis avidissimas virosque in coitum pigerrimos scripsere, velut providentia naturae hoc adiumento tunc valentissimo.*"

Fr. 40. Athen. I 22 F: *Καὶ ἀλλαχοῦ (Ἀλκαῖος)· Πίνωμεν κτλ.* ubi V *πυρὶ τέλλεται.*

Pausan. X 27, 2: *Εἰς δὲ Ἐκάβην Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι ἐποίησεν, ἐς Λυκίαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος αὐτὴν κομισθῆναι.*

IX. *ΙΛΙΟΥ ΠΕΡΣΙΣ.* Hoc carmen respicit Dio Chrysost. Or. II 33: *Στησιχόρου δὲ καὶ Πινδάρου ἐπεμνήσθη, τοῦ μὲν ὅτι μιμητὴς Ὁμήρου γενέσθαι δοκεῖ καὶ τὴν ἅλωσιν οὐκ ἀναξίως ἐποίησε τῆς Τροίας κτλ.* — Qui tabulam Iliacam confecit, in Troiae excidio se Stesichorum secutum esse profitetur: *ΙΛΙΟΥ ΠΕΡΣΙΣ ΚΑΤΑ ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΝ*, neque est, cur fidem abrogemus artifici, qui Stesichori quam cyclicorum poetarum maluit vestigia premere, quandoquidem Himeraeus poeta Aeneam ex Troiae incendio servatum Italiae oram petere fecit, hinc in tabula est *Αἰνείας σὺν τοῖς ἰδίοις ἀπαίρων εἰς τὴν Ἑσπερίαν*: nam Stesichorum hoc Aeneae iter testificatum esse, fidem omnino facit artificis professio, quamvis alii auctores desint. Sed in singulis rebus qua fide Stesichori vestigia secutus sit artifex, non satis est compertum: licuit enim illi ex aliis poetis addere quae praetermiserat melicus, vel negligere, quae Stesichorus enarraverat. Vir armatus mulierem gladio petens prope Veneris fanum ut interpretes tabulae putant Menelaus est, fugientem Helenam persecutus, ut poenas repetat: satis illi quidem probabiliter, quamvis nomina non sint adscripta: iam in antiquissimo artis monumento in Cypseli arca visebatur, ut Pausan. V 18, 3 refert: *Μενέλαος θώρακά τε ἐνδεδυκὼς καὶ ἔχων ξίφος ἔπεισιν Ἑλένην ἀποκτεῖναι δῆλα ὡς ἁλισκομένης Ἰλίου*, idque facinus narravit Lesches et postea Ibycus, non Stesichorus, qui finxit Achivos ultionis cupidos lapides in Helenam coniicere, vid. fr. 25: plane autem incredibile Stesichorum ita exaggeravisse, ut Helena bis gravissimum discrimen effugeret, neque licet hoc perfugio uti, Stesichorum Menelai ultionem in Ilii excidio, Achivorum iram in Nostis enarravisse, nam schol. Eurip. Orest. (vide fr. 25) dilucide testatur hunc poetam Menelai impetum silentio praetermississe neque Leschae exemplum secutum esse. — Dixerunt de necessitudine, quae inter Stesichori carmen et tabulam Iliacam intercedat, Welcker Opusc. I 180 seq. et in Annal. Inst. Arch. I 233 seq. (alte Denkm. II 190 seq.) et O. Jahn Griech. Bilderchroniken 32 seq., qui quidem artificem quod professus est religiose exsecutum esse censent, alii seorsim sentiunt, velut Preller, Nissen, Fricke (vid. Michaelis in adnot. ad Iahnii librum p. 38), adde etiam Schreiber in Herm. X 305 seq.

Fr. 18. Athen. X 456F: *Ἀνακομίζοντος δ' αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ὄνου, ὃν ἐκάλουν Ἐπειόν, διὰ τὸ μυθολογεῖσθαι τοῦτο δρᾶν ἐκεῖνον καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῷ τὸν Τρωϊκὸν μῦθον, ἐν ᾧ ὁ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις, ὡς καὶ Στησίχορός φησιν· Ὤικτειρε κτλ.* Cf. Eust. 1323, 57, ubi *δ' αὐτὸν* et *Διὸς κούροις* legitur. — *αἰεί*, vulgo *ἀεί*.

20.

980

Sch. Eurip. Andr. 10: *Στησίχορος μέντοι ἱστορεῖ* (Cobet *Στησίχορον ... ἱστορεῖν*), *ὅτι τεθνήκοι* (*ὁ Ἀστυάναξ*), *καὶ τὸν τὴν Πέρσιδα συντεταχότα ... ποιητήν, ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ῥιφείη.*

21. [30.]

Paus. X 26, 1: *Κλυμένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι κατηρίθμηκεν ἐν ταῖς αἰχμαλώτοις.*

22. [31.]

Paus. X 26, 9: *Μέδουσα δὲ κατέχουσα ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις τὸν ὑποστάτην ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κάθηται· ἐν δὲ ταῖς Πριάμου θυγατράσι ἀριθμήσαι ἄν τις καὶ ταύτην κατὰ τοῦ Ἱμεραίου τὴν ᾠδήν.*

23. [33.]

Harpocr. p. 104: *Καθελών, ἀντὶ τοῦ ἀνελὼν ἢ ἀποκτείνας· ἐχρήσαντο δὲ οὕτω τῷ ὀνόματι καὶ ἄλλοι, ὡς καὶ Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι* (Bekker *Ἰλιοπερσίδι*, libris non addicentibus, neque forma *Ἰλιόπερσις*, quamquam rationem habet, tuetur Athen. XIII 610 c aut Suidas v. *Ἰοφῶν*) *καὶ Σοφοκλῆς ἐν Εὐμήλῳ.* Eadem Phot. 122 1, Suid. v. *καθελών*, Zonar. 1165, sed carminis titulo omisso. Utitur Harpocration poetarum testimoniis ut legis Atticae verba *ἐν ὁδῷ καθελὼν* explanaret, de quibus verbis dixi in Philol. XXXII p. 669 seqq. Sophoclis Eumelus praeter hunc locum tantum ab Hesychio *ἀσάμινθος* adhibetur, sed Sophocli puto vindicandum, quod Et. M. p. 797, 85 sine poetae nomine legitur: *Φοιβανάτω δέ τις ἀσάμινθον.*

24. [26.]

Athen. XIII 610 C: *Ἐὰν μέν τίς σου πύθηται, τίνες ἦσαν οἱ εἰς τὸν δούριον ἵππον ἐγκατακλεισθέντες, ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς ὄνομα, καὶ οὐδὲ ταῦτ' ἐκ τῶν Στησιχόρου, σχολῇ γάρ, ἀλλ' ἐκ τῆς Σακάδα τοῦ Ἀργείου Ἰλίου πέρσιδος, οὗτος γὰρ παμπόλλους τινὰς κατέλεξεν.* Cf. Eust. p. 1698: *Φασὶ δὲ τοὺς εἰς αὐτὸν καταβάντας τινὲς μέν, ὧν καὶ Στησίχορος, ἑκατὸν εἶναι.* Eudoc. 125. 461.

*25. [27.]

Sch. Eurip. Or. 1287: *Ἆρα εἰς τὸ τῆς Ἑλένης κάλλος βλέψαντες οὐκ ἐχρήσαντο τοῖς ξίφεσιν; οἷόν τι καὶ Στησίχορος ὑπο-*

γράφει περὶ τῶν καταλεύειν αὐτὴν μελλόντων· φησὶ γὰρ ἅμα τῷ τὴν ὄψιν αὐτῆς ἰδεῖν αὐτούς, ἀφεῖναι τοὺς λίθους ἐπὶ τὴν γῆν.

X. ΕΛΕΝΑ. ΠΑΛΙΝΩιΔΙΑ.

*26. [74.] 984

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑
5 ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ . . . .

X. *ΕΛΕΝΑ. ΠΑΛΙΝΩιΔΙΑ.* Constat Stesichorum, cum in carmine quaedam de Helena dixisset, quae heroinae probro viderentur esse, postea alio carmine haec retractavisse, unde *παλινῳδία* dici solitum. Sed in quo carmine ista ignominia facta sit Helenae, non est memoriae proditum: plerique ad *Ilii excidium* revocant, in quo carmine Helenae nomen silentio praetermittere non licuit, et fr. 25 plane testatur: Geel, quem ego antea secutus sum, *Orestiae* exordium offensioni fuisse censuit: at peculiare fuisse carmen, quod Helenae iram excitavisse creditum est, arguit Isocr. in Helenae encomio 64: *ἐνεδείξατο δὲ* (Ἑλένη) *καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν. ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς* (hoc add. *Δ Γ*, vulgo deest) *ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερημένος, ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε.* Welcker verbis *ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς* prima rudimenta artis Stesichoreae notari ratus omnino non audiendus, neque si Stesichorus in Orestia vel in Ilii excidio vel alio quo carmine heroinam laesisset, conveniens foret *τῆς ᾠδῆς*, quibus verbis carmen Helenae memoriae destinatum significatur, i. e. *Helena*, ut Bakhuizen van den Brink (Symb. litt. V 140) quamvis dubitanter suspicatus est, cui alii assensi sunt. Hoc carmen quod Athenaeus et schol. Theocriti nominatim adhibent, licuit Isocrati in encomio Helenae nude *τὴν ᾠδὴν* dicere, quemadmodum Pausan. (vid. fr. 22) scripsit *κατὰ τοῦ Ἱμεραίου τὴν ᾠδὴν* i. e. *Ἰλίου πέρσιν*, praesertim cum tunc omnibus esset notum, quo carmine poeta Helenam laesisset. Atque etiam nunc supersunt Stesichorea, quae potissimum ad Helenae ignominiam pertinere visa sunt, servata a schol. Eurip. Orest. 249, quae cum antea propter numerorum similitudinem Orestiae adscripsissem, nunc ad Helenam refero, a cuius carminis numeris, ut fr. 29 arguit, hi versus haudquaquam abhorrent: facile autem apparet haec verba, quae gravi opprobrio obruunt Helenam (*τρίγαμον* et *λιπεσάνορα* dixerat poeta), ad carminis primordium pertinere itaque plane convenit, quod Isocrates scripsit *ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς*. Secutus est Stesichorus ut solet Hesiodum (vid. versus Hesiod. ap. Schol. Eurip.), sed ille satis habuit tres Tyndarei filias pariter *διγάμους* appellare, auxit Stesichorus contumeliam, Helenae tertium matrimonium exprobrans: itaque non dubitavi huc revocare fr. 27, ubi Theseus virginem Helenam Aphidnas deduxisse dicitur. Deinde poeta Helenae et Menelai nuptias copiose, ut videtur enarravit, denique eandem narravit Paridis amore captam maritum deseruisse, unde belli Troiani incendium sit exortum: neque enim poterat hoc silentio praetermitti, cum in exordio carminis mulier trium virorum dicta esset heroina: quare huc rettuli fr. 28. Itaque Stesichori hoc carmen nuptias Helenae enarrabat.

Οὕνεκα Τυνδάρεος
ῥέζων ποτὲ πᾶσι θεοῖς μούνας λάθετ' ἠπιοδώρω 985

Postea Stesichorus, ut sarciret iniuriam, qua affecisse quamvis invitus videbatur Helenam, scripsit *Παλινῳδίαν*. Klein aliique Palinodiam carmen non diversum censent ab eo, quod *Ἑλένα* inscriptum fuit, quibus non debebam suffragari. Secernit ab Helena Palinodiam praeter alios Lehrs Aufs. 28 seq., sed quod Palinodiae consilium illustraturus Pindari exemplo utitur, non vidit se plane disparia componere. Palinodiam peculiare fuisse carmen satis superque testificantur Plato, Isocrates, alii, et Isocrates quidem planissime segregat a priore carmine (*ἡ ᾠδή*, i. e. *Ἑλένα*), quod *τὴν ἔμπροσθεν ᾠδὴν* Maximus Tyrius, *τὸν πρότερον λόγον* appellat Philostratus, vicissim Dio Chrys. Palinodiam *τὴν ὕστερον ᾠδήν* dicit: item proletariis scriptoribus, velut Suidae et Schol. Aristid., illud *ψόγος Ἑλένης*, hoc *ἐγκώμιον* (*ἔπαινος*) *Ἑλένης* dicitur. Grammatici veteres, qui Stesichori carmina recensuerunt, composuerunt ut par est utrumque carmen, ut *Helena* esset prior liber (*τὸ πρῶτον τῆς Ἑλένης* fr. 31), Palinodia posterior.

Quod Stesichorus, ut Helenam ab infamia liberaret, simulacrum tantum heroinae a Paride Troiam abductum esse fabulatus est, fortasse hic quoque Hesiodum auctorem sequitur, siquidem vera tradit schol. Lycophr. 832: *πρῶτος Ἡσίοδος περὶ* (sive *παρὰ*) *τῆς Ἑλένης τὸ εἴδωλον παρῆγαγε*, ubi scribendum videtur *Ἡσίοδος περιόδῳ γῆς* i. e. tertio libro Catalogi, cf. Strabo VII 203: quo amplissimo thesauro fabularis memoriae multum usus est Stesichorus. Alii aliter corrigunt, velut Geel *περὶ τῆς Ἑλένης λέγων*, Bücheler *περὶ* delendum censet, denique Markscheffel, cui alii assensi sunt, *Hesiodi* nomini substituit Stesichoreum, quae coniectura in promptu est, praesertim cum schol. Lyc. Hesiodo adiunxerit Herodotum Stesichori nomen reticens.

Quae de Stesichori oculorum lumine amisso et reciperato tradita sunt, magis magisque amplificata et exornata esse constat: unus Ptolemaeus Heph. ap. Photium Bibl. CXC p. 149 B ed. Bekk. ficta haec omnino contendit, ipse nova et incredibilia commentus: *Ἀρχέλαος δὲ ὁ Κύπριος Στησιχόρου φησὶ τοῦ ποιητοῦ Ἑλένην Ἰμεραίαν ἐρωμένην γενέσθαι, Μικύθου θυγατέρα· ἀποστᾶσαν δὲ Στησιχόρου καὶ πρὸς Βούπαλον πορευθεῖσαν ἀμυνόμενον τῆς ὑπεροψίας τὸν ποιητὴν γράψαι, ὡς* (hoc add. A, vulgo deest) *Ἑλένη ἑκοῦσα ἀπῆρε· ψευδῆ δὲ τὸν περὶ πηρώσεως εἶναι λόγον*. ubi cum vocula *ὡς* excidisset, visus est nebulo iste versiculum Stesichori testimonii loco adscribere vel potius finxisse, verum ab hoc quidem crimine liberandus; nam nihil aliud quam summam Helenae Stesichoreae tribus his verbis comprehendit. Nostra memoria plerique fidem denegant anilibus ut opinantur fabulis de caecitatis periculo, quod feliciter evaserit poeta: mihi secus videtur: eadem fere expertus postea alius poeta, cui *Thormod* nomen, ubi somnio monitus contumeliam qua Islandicam virginem affecerat resarcivit, oculorum usum denuo nactus: cf. Weinhold Altnord. Leben 340.

Fr. 26. Schol. Eurip. Orest. 249: *Στησίχορός φησιν, ὡς θύων τοῖς θεοῖς Τυνδάρεως Ἀφροδίτης ἐπελάθετο· διὸ ὀργισθεῖσαν τὴν θεὸν διγάμους τε καὶ τριγάμους καὶ λειψάνδρους αὐτοῦ τὰς θυγατέρας ἐποίησεν· ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕτως* (om. M.)· *οὕνεκα κτλ.* — V. 1. *Τυνδάρεος* Schneidewin, legebatur *Τυνδάρεως*, contra Cobet nuper apud Homerum *Τυνδάρεω* pro *Τυνδαρέου* revocandum censuit. — V. 2. *ποτὲ πᾶσι* scripsi, sive *ποθ' ἅπασι* malis, *πᾶσι* M, *ἅπασι* ABI, sed ABM pro *οὕνεκα* exhibent *οὔνεκά ποτε*, hac scriptura usus hic *ποτὲ* inserui. Schoemann *ἅμα πᾶσι* scripsit. — *μούνας* scripsi, A *μόνας*, BMI *μιᾶς*.

Κύπριδος· κείνα δὲ Τυνδαρέου κόραις
χολωσαμένη διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησιν
καὶ λιπεσάνορας.

*27. [21.]

Pausan. II 22, 6: *Πλησίον δὲ τῶν Ἀνάκων Εἰλειθυίας ἐστὶν ἱερόν, ἀνάθημα Ἑλένης, ὅτε σὺν Πειρίθῳ Θησέως ἀπελθόντος εἰς Θεσπρωτοὺς Ἄφιδνά τε ὑπὸ Διοσκούρων ἑάλω καὶ ἤγετο εἰς Λακεδαίμονα Ἑλένη· ἔχειν μὲν γὰρ αὐτὴν λέγουσιν ἐν γαστρί, τεκοῦσαν δὲ ἐν Ἄργει καὶ τῆς Εἰλειθυίας ἱδρυσαμένην τὸ ἱερὸν τὴν μὲν παῖδα, ἣν ἔτεκε, Κλυταιμνήστρᾳ δοῦναι, συνοικεῖν γὰρ ἤδη Κλυταιμνήστραν Ἀγαμέμνονι· αὐτὴν δὲ ὕστερον τούτων Μενελάῳ γήμασθαι. Καὶ ἐπὶ τῷδε Εὐφορίων Χαλκιδεὺς καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος, πρότερον δὲ ἔτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος κατὰ ταῦτά φασιν Ἀργείοις Θησέως εἶναι θυγατέρα Ἰφιγένειαν.* Cf. quae dixit Meineke ad Euphor. fr. 61: *οὕνεκα δή μιν Ἴφι βιησαμένη Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ.* Ad *Helenam* haec revocavi, quae vel *Ilii excidio* vel *Orestiae* attribuuntur.

*28. [20.]

Schol. Hom. Il. *B* 339: *Τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀρίστων ἐπὶ μνηστείαν τῆς Ἑλένης παρόντων διὰ τὸ γένος καὶ τὸ κάλλος, Τυνδάρεως ὁ πατὴρ αὐτῆς, ὥς τινές φασι, φυλασσόμενος μή ποτε ἕνα αὐτῶν προκρίνας τοὺς ἄλλους ἐχθροὺς ποιήσηται, κοινὸν αὐτῶν ἔλαβεν ὅρκον, ἥ μὴν τῷ ληψομένῳ τὴν παῖδα ἀδικουμένῳ περὶ αὐτὴν σφόδρα πάντας ἐπαμυνεῖν. Διόπερ Μενελάῳ αὐτὴν ἐκδίδωσι· καὶ μετ' οὐ πολὺ ἁρπασθείσης αὐτῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐκοινώνησαν τῇ στρατείᾳ διὰ τοὺς γενομένους ὅρκους. Ἱστορεῖ Στησίχορος.* Referunt ad *Ἰλίου πέρσιν*, equidem *Helenae* adscripsi, cum antea Orestiae reliquiis adiecissem.

29. [46.] 982

⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

— *λάθετ'*, BI *λάθετο*, A *ληθτ'*, M *ἐπελάθετο*. — V. 3. *Τυνδαρέου* scripsi, legebatur *Τυνδάρεω*, nisi *Τυνδάρευς* malis, Schneidewin *Τυνδάρηο*. — *κόραις* A, *κούραις* BI, *κούρας* M. — V. 4. *χολωσαμένα* Kleine, v. *χολωσαμένη*. — *διγάμους τε καὶ τριγάμους*, Hartung *διγάμους τριγάμους τε*. — V. 5. *λιπεσάνορας*, A *λειπεσάνορας*, BI *λιπεσήνορας*, M *λιπεσιόρας*, unde Schneidewin *λιπεσάορας*. Olim *λιπεσάνορας ἔμμεν* scripsi, ut versum redintegrarem, sed poeta fortasse logaoedico colo usus est. — Blomfield, Welcker, alii hos versus ad *Ἰλίου πέρσιν* rettulerunt. Geel *Orestiae* tribuit, quem antea secutus sum, nunc *Helenae* adscripsi.

Πολλὰ μὲν Κυδώνια μᾶλα ποτέρριπτον ποτὶ δίφρον ἄνακτι,
πολλὰ δὲ μύρσινα φύλλα
καὶ ῥοδίνους στεφάνους ἴων τε κορωνίδας οὔλας.

30. [47.]

Athen. X 451 D: *καὶ Στησίχορος δὲ ἐν Ἑλένῃ λιθαργύρεον* (sic L, *λιθαργύριον* PV, *λυθαργύρεον* B) *ποδονιπτῆρα ἔφη.*

31. [51.] 983

Argum. Theocr. XVIII: *τοῦτο τὸ εἰδύλλιον ἐπιγράφεται Ἑλένης ἐπιθαλάμιος· καὶ ἐν αὐτῷ τινὰ εἴληπται ἐκ τοῦ* (Cant. *τοῦν*) *πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης ἐπιθαλαμίου*, ubi *ἐπιθαλαμίου*, quod ex proximo versu male repetitum, delendum (id quod Büchelerum occupavisse nunc video), et om. 4. 5. 6 et ut vid. Gen. Cant. Quemadmodum Orestiae, ita etiam Helenae complures fuerunt libri, vide supra. Fide indignus cod. M, in quo scriptum: *τινὰ δ' εἴληπται ἐκ τοῦ ἐπιθαλαμίου Στησιχόρου τοῦ εἰς τὴν Ἑλένην.* Fieri potest, ut Stesichorus eiusmodi cantilenam Helenae inseruerit, sed hoc haud dubie Triclinii est *αὐτοσχεδίασμα*, cuius scholia in isto libro leguntur, qui grammaticus hic quoque antiquum obtinet, velut confidenter ad Theocr. XVII 124 Homero adscripsit, quae sunt Mnasalcae, ut Ahrens censet, vel Callimachi epigr. 35, 1 ut mihi videtur.

ΠΑΛΙΝΩΙΔΙΑ.

32. [44.] 980

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ ∧ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Οὐκ' ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος·

Fr. 29. Athen. III 81 D: *Κυδωνίων δὲ μήλων μνημονεύει Στησίχορος ἐν Ἑλένῃ οὕτως· πολλὰ μὲν κτλ.* — V. 1. *Κυδώνια*, P *κυδώνεια.* — *ποτέρριπτον* scripsi, *ποτερρίπτουν* PL, *ποτ' ἐρρίπτουν* V, *τότ' ἐρρίπτουν* Blomfield, *ποτερρίπτευν* Schneidewin. — V. 2. *μύρσινα* Schneidewin, *μύρεινα* AB, *μύρρινα* PVL. — V. 3. *στεφάνους* add. PL, om. V. — Helenae nuptias et Menelai describi apparet, quas poeta multis versibus illustravisse videtur, cf. fr. 31.

Fr. 32. Plato Phaedr. 243 A: *Ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤσθετο, Στησίχορος*

οὐδ' ἔβας ἐν ναυσὶν εὐσέλμοις, 981
οὐδ' ἵκεο πέργαμα Τροίας.

δέ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν καὶ ποιεῖ εὐθύς· Οὐκ κτλ. καὶ ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινῳδίαν παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. — V. 1. *οὐκ ἔστ'*, DN *οὐκέτ'*. — *λόγος* libri, vulgo *ὁ λόγος*. Hunc v. afferunt Athen. XI 505 B. Maxim. Tyr. XXVII init. Dionys. Hal. Ep. I ad Ammaeum c. 3. Philostr. vit. Apoll. VI 11 p. 246 ubi *ἔστιν* et *ὁ λόγος* legitur, denique Cic. ad Att. IX 12, ubi *οὗτος* om. — V. 2. A *οὐδὲ βὰς*, T *κυσὶν*, N *εὐσεάμοις*, *Σ ἐϋσέλμοις*. — *ναυσὶν* Naeke, libri *νηυσὶν*. — *εὐσέλμοις*, Rossbach *εὐσέλμοισιν*. — V. 3. *ἵκεο*, *Γ ἵκου* ex corr. — Hi tres versus legebantur in exordio carminis nobilissimi, quod vulgo *Παλινῳδία* vocabatur: sed consentaneum est, nonnulla praegressa esse. Poeta videtur orsus esse: ***dicunt Helenam amore Alexandri captam Troiamque abductam esse:*** haec retractaturus subiecit *οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος*. Deinde Stesichorus spreta pervagata fama narravit Troes Helenae tantum imaginem secum abduxisse, vid. Aristid. II 72: *ἀλλ' οὗτως ὥσπερ εἴδωλον ῥητορικῆς ἀπειληφὼς ἐπὶ τούτῳ σπουδάζειν, αὐτῆς δ' οὐδ' ἅπτεσθαι, ὥσπερ οἱ Στησιχόρου Τρῶες, οἱ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες ὡς αὐτήν*, unde versum Stesichoreum finxit Tzetzes Lycophr. 113 (id quod etiam Geel recte vidit): *λέγουσιν γὰρ ὅτι διερχομένῳ Ἀλεξάνδρῳ δι' Αἰγύπτου ὁ Πρωτεὺς Ἑλένην ἀφελόμενος εἴδωλον Ἑλένης αὐτῷ δέδωκε καὶ οὕτως ἔπλευσεν ἐς Τροίαν, ὥς φησι Στησίχορος· Τρῶες* (Par. C Vit. 1 Ciz. add. *γὰρ*) *οἳ τότ' ἴσαν* (sic Par. C Vit. 1 et Ciz., *ἦσαν* Par. D, *ἔσαν* vulgo) *Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες*. eadem repetit in Homericis p. 7 ed. Morelli. Aristide gravior auctor Plato Rep. IX 586 C: *Ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς*. Adde Dio Chrys. Or. XI 182: *Καὶ τὸν μὲν Στησίχορον ἐν τῇ ὕστερον ᾠδῇ λέγειν, ὅτι τὸ παράπαν οὐδὲ πλεύσειεν ἡ Ἑλένη οὐδαμόσε, ἄλλοι δέ τινες, ὡς ἁρπασθείη μὲν Ἑλένη ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, δεῦρο δὲ παρ' ἡμᾶς εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο.* Sed quomodo poeta novam hanc fabulam exornaverit, incompertum; vera Helena ubi terrarum fuerit, dum Graeci et Troiani propter simulacrum per decem annos pugnant, nescimus: neque enim fide dignus Schol. Aristid. III 150: *εἰς Στησίχορον αἰνίττεται· λέγει γὰρ ἐκεῖνος, ὅτι ἐλθὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπὶ ταύτης τῆς νήσου τῆς Φάρου ἁρπᾷθέθη παρὰ τοῦ Πρωτέως τὴν Ἑλένην καὶ εἴδωλον αὐτῆς ἐδέξατο* (sic BC, similia AC); eadem refert Eudocia 35 et 329. Aristides autem nihil aliud dixit I 212 nisi: *ἀλλ' ὥσπερ τῶν ποιητῶν φασί τινες τὸν Ἀλέξανδρον τῆς Ἑλένης τὸ εἴδωλον λαβεῖν, αὐτὴν δὲ οὐ δυνηθῆναι.* Facile apparet ea, quae schol. Arist. refert, adversa fronte pugnare cum Stesichori versibus. Poeta, postquam Helenae memoriam a gravissimis probris liberavit, videtur Castoris et Pollucis pacem imploravisse; hinc Horat. Epod. 17, 42: ***Infamis Helenae Castor offensus vicem, Fraterque magni Castoris, victi prece Adempta vati reddidere lumina.*** Helenae igitur fratres ferebantur poenas a poeta repetivisse, qui cum Castorum iram placavisset, visum recuperaverit. Fortasse ex Palinodia praeterea depromptum fr. 46 ut conieci. Ipse poeta utrum in hoc carmine oculorum aegritudinis meminerit necne, in medio relinquendum. Memorant grave hoc discrimen antiquissimi testes Plato et Isocrates. Postea res, quo magis mira videretur, fabulis exornata, vid. Pausan. III 19, 11: *ὃν δὲ οἶδα λέγοντας Κροτωνιάτας περὶ Ἑλένης λόγον, ὁμολογοῦντας δέ σφισι καὶ Ἰμεραίους,*

XI. ΝΟΣΤΟΙ. 983

33. [34.]

Pausan. X 26, 1: *Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστομάχην ἐποίησεν ἐν Νόστοις (Στησίχορος) θυγατέρα μὲν Πριάμου, Κριτολάου δὲ γυναῖκα εἶναι τοῦ Ἱκετάονος.* Cf. de *Νόστοις* Tzetz. Posthomer. 750 et Phalar. Epist. 9.

XII. ΟΡΕΣΤΕΙΑ.

34. [38.]

Gramm. Bekk. An. II 783, 14: *Στησίχορος δὲ ἐν δευτέρῳ Ὀρεστείας τὸν Παλαμήδην λέγει εὑρηκέναι (τὰ στοιχεῖα).* Cf. ib. 786, 11 et Cram. An. Ox. IV 318, 19.

ἐπιμνησθήσομαι καὶ τοῦδε· ἔστιν ἐν τῷ Εὐξείνῳ νῆσος κατὰ τοῦ Ἴστρου τὰς ἐκβολὰς Ἀχιλλέως ἱερά. ὄνομα μὲν τῇ νήσῳ Λευκή, περίπλους δ' αὐτῇ σταδίων εἴκοσι, . . . ἐς ταύτην πρῶτος ἐσπλεῦσαι λέγεται Κροτωνιάτης Λεώννυμος· πολέμου γὰρ Κροτωνιάταις συνεστηκότος πρὸς τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρούς, τῶν Λοκρῶν κατὰ οἰκειότητα πρὸς Ὀπουντίους Αἴαντα τὸν Ὀϊλέως ἐς τὰς μάχας ἐπικαλουμένων, ὁ Λεώννυμος Κροτωνιάταις στρατηγῶν ἐπῆει τοῖς ἐναντίοις κατὰ τοῦτο, ᾗ προτετάχθαι σφίσι τὸν Αἴαντα ἤκουε. τιτρώσκεται δὴ τὸ στέρνον καὶ (ἔκαμνε γὰρ ὑπὸ τοῦ τραύματος) ἀφίκετο ἐς Δελφούς· ἐλθόντα δὲ ἡ Πυθία Λεώννυμον ἀπέστελλεν ἐς νῆσον τὴν Λευκήν, ἐνταῦθα εἰποῦσα αὐτῷ φανήσεσθαι τὸν Αἴαντα καὶ ἀκέσεσθαι τὸ τραῦμα· χρόνῳ δέ, ὡς ὑγιάνας ἐπανῆλθεν ἐκ τῆς Λευκῆς, ἰδεῖν μὲν ἔφασκεν Ἀχιλλέα, ἰδεῖν δὲ τὸν Ὀϊλέως καὶ τὸν Τελαμῶνος Αἴαντα, συνεῖναι δὲ καὶ Πάτροκλόν σφισι καὶ Ἀντίλοχον· Ἑλένην δὲ Ἀχιλλεῖ μὲν συνοικεῖν, προστάξαι δέ οἱ πλεύσαντι ἐς Ἰμέραν πρὸς Στησίχορον ἀγγέλλειν, ὡς ἡ διαφθορὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐξ Ἑλένης γένοιτο αὐτῷ μηνίματος· Στησίχορος μὲν ἐπὶ τούτῳ τὴν παλινῳδίαν ἐποίησεν (de Leonymo Crotoniata vid. Meineke Poet. com. II 1228 seqq.). Cum Pausaniae hac narratione inprimis conferas Conon. ap. Phot. Bibl. p. 133 et Hermiam ad Plat. Phaedr. 99 et 102. Abusus his Holm Hist. Sic. I 166 incredibilia de Stesichoreo Helenae carmine commentus est. — Multi praeterea Palinodiam Stesichori, quam proverbii loco adhibere solebant, respiciunt, velut Aristid. I 430. II 364 et Schol. Aristid. III 183. Bachmann Anecd. I 327, 1. Boissonade An. Nov. 297. Dio Chrys. Or. II p. 22. Eudoc. 385. Eustath. 849, 47. Et. M. 648, 40. Galen. XI p. 195. Himer. Or. XXII 5. Horat. Epod. 17, 42 ibique Schol. Adde Schol. Cruq. ad Od. I 16. Irenaeus adv. Haer. I 22. Origen. (Hippolyt.) adv. Haer. VI 19. Liban. Epist. 841. Lucian. Ver. Hist. II 15. pro imagin. 15. Muratori Anecd. 314. Ovid. Art. Am. III 49. Phot. Bibl. 437 A. Plato Epist. III 320 A. Suidas v. *Στησίχορος*. Tertullian. de anim. c. 46. — De Stesichori Palinodia dixerunt Welcker Opusc. I 208 seqq., G. Hermann in praef. edit. Helenae Euripideae, Fritzsche ad Aristoph. Thesmophor. v. 946, Geel in Museo Rhenano VI p. 1 (anni 1839), Bakhuizen van den Brink in Symbolis Batavorum litterariis V p. 119 seqq., de Duhn de Menelai itinere Aegyptio p. 36 seq., quae singulatim examinare non est huius loci.

XII. *Orestia.* Confer Athen. XII 513 A: *Πολλὰ δὲ τῶν Ξάνθου παραπεποίηκεν ὁ Στησίχορος, ὥσπερ καὶ τὴν Ὀρεστείαν καλουμένην.*

*35. [96.]

⏑ ∪ ∪ – (∪ ∪ – – ⏑ ∪ ∪ –) ∪ ∪ –
– ⏑ ∪ ∪ – ∪ ∪ – – ⏑ ∪ – – ⏑ ∪ ∪ – ∪ ∪ –

Μοῦσα, σὺ μὲν . . . . . μετ' ἐμοῦ
κλείουσα θεῶν τε γάμους ἀνδρῶν τε δαῖτας καὶ θαλίας
μακάρων.

*36. [75.] 984

. . ∪ ∪ – ∪ – ⏑ ∪ ∪ – ∪ – –
* * * *Ὅταν ἥρος ὥρᾳ κελαδῇ χελιδών.*

Fr. 35. Aristoph. Pac. v. 775: *Μοῦσα, σὺ μὲν πολέμους ἀπωσαμένη μετ' ἐμοῦ | τοῦ φίλου χόρευσον | κλείουσα θεῶν τε γάμους ἀνδρῶν τε δαῖτας | καὶ θαλίας μακάρων· σοὶ γὰρ τάδ' ἐξ ἀρχῆς μέλει.* ubi Schol.: *Μοῦσα σὺ μὲν πολέμου] τὸ χ πρὸς τὴν ἀλλαγὴν τοῦ μέτρου· αὕτη δὲ πλοκή ἐστι καὶ ἔλαθεν· σφόδρα δὲ γλαφυρὸν εἴρηται, καὶ ἔστι Στησιχόρειος* (Ald. *στησιχόρειον*). Scholion graviter vitiatum, cum librarius adnotationes margini adscriptas et dispersas temere conglutinavisset. Pro *πλοκή* hic et infra v. 800 scribendum *παραπλοκή*, quo vocabulo utuntur rhetores, si pedestri orationi poetae verba inseruntur et accommodantur, vid. Hermog. *περὶ ἰδεῶν* II p. 362 seq. Sp. Ad eundem modum hic comicus poeta Stesichori versibus utitur, itaque legendum *αὕτη δὲ πλοκή ἐστι Στησιχόρειος*. Sed Stesichori locus cum fuerit nobilis, nullo pacto *καὶ ἔλαθεν* dici potuit: possis ad *ἀλλαγὴν μέτρου* referre, nam Aristophanes numeros immutavit, cum encomiologico genere ithyphallicum copulans, sed qui Stesichoreos modos tenebat, id facile animadverterit: itaque corrigo: *τὸ X* (haec nota non apta, erat opinor *Diple*) *πρὸς τὴν ἀλλαγὴν τοῦ μέτρου· σφόδρα δὲ γλαφυρόν ἐστι καὶ ἐνῆρται Φαλλικόν*. Contra nota *X* convenit v. 777 ubi schol.: *Κλείουσα*] *ὅτι σύνηθες ἦν τοῖς παλαιοῖς ᾄδειν θεῶν τε καὶ ἡρώων γάμους. σημειοῦται δὲ ταῦτα ὁ Μόχθος πρὸς τοὺς ἀθετοῦντας τὴν ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν*. quamquam haec adnotatio Apionis Stesichoreo commentario convenientior, quam Aristophaneo. — V. 1. *Μοῦσα* etiam fr. 44 legitur, rectene an secus incertum, equidem neque *Μῶσα* neque *Μοῖσα* restituere ausim, sed deinde *ἐμεῦ* scribendum. Et in primo quidem versu Aristophanis tantum Musae invocationem congruere cum Stesichoreo carmine existimo (Hartung Stesichoro etiam verba *πολέμους ἀπωσαμένη* tribuit), at v. 777 cum dimidio v. 778 integer petitus ex Stesichoro videtur. Est autem haud dubie ipsum hoc exordium Orestiae, sive prima stropha, cui plane respondet fr. 34, cf. etiam fr. 35.

Fr. 36. Schol. Aristoph. Pac. v. 800: *ὅταν ἠρινὰ μὲν φωνῇ χελιδὼν ἐξομένη κελαδῇ*]: *Καὶ αὕτη πλοκὴ* (scr. *παραπλοκή*) *Στησιχόρειος· φησὶ γὰρ οὕτως· ὅταν κτλ.* Haud dubie est ex eodem Orestiae exordio, ubi poeta cum Musam invocat, commode mentionem facere potuit verni temporis. cf. etiam fr. 37. Fortasse versus tribus logaoedicis colis constabat ad hunc modum:

⏑ ∪ ∪ – ∪ – – ⏑ ∪ ∪ – ∪ – ⏑ ∪ ∪ – ∪ – –

quemadmodum etiam Aristophanes in eodem Pacis cantico v. 785 item tria cola logaoedica coniunxit: *μήθ' ὑπάκουε μήτ' ἔλθῃς συνέριθος αὐτοῖς, ἀλλὰ νόμιζε πάντας*. Olim *ὅταν ἥρος ὡραίᾳ κελαδῇ χελιδών* proposui.

37. [39.]

Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων
ὑμνεῖν Φρύγιον μέλος ἐξευρόντας ἁβρῶς ἤρος ἐπερχομένου.

38. 985

Philodemus *περὶ εὐσεβείας* p. 24 (Vol. Herc. Coll. nov. II 52): *Στη(σίχορο)ς δ' ἐν Ὀρεστεί(ᾳ κατ)ακολουθήσας (Ἡσιό)δῳ τὴν Ἀγα-μέ(μνονος Ἰ(φιγένειαν εἶ(ναι τὴ)ν Ἑκάτην νῦν (ὀνομαζ)ομένην, (καὶ π)ερὶ . . . αιαν τὸν τά(φο)ν ε(ἶναι).* Nauck occupavit *Ἡσιόδῳ*, quod restitui, (in charta est *TΩ*,) vid. Pausan. I 43, 1: *Λέγουσι δὲ εἶναι καὶ Ἰφιγενείας ἡρῷον, ἀποθανεῖν γὰρ καὶ ταύτην ἐν Μεγά-ροις· ἐγὼ δὲ ἤκουσα μὲν καὶ ἄλλον ἐς Ἰφιγένειαν λόγον ὑπὸ Ἀρ-κάδων λεγόμενον, οἶδα δὲ Ἡσίοδον ποιήσαντα ἐν καταλόγῳ γυναικῶν Ἰφιγένειαν οὐκ ἀποθανεῖν, γνώμῃ δὲ Ἀρτέμιδος Ἑκάτην εἶναι.* 986 Novissima supplevit Sauppe (Philol. XXI 131), sed et ipsa restitutio verborum incerta, nam in charta est *AIANPHTA . . NE*, neque verisimile est Stesichorum, qui Hesiodum secutus Iphigeniam in dearum numerum retulit, eius sepulcrum commemoravisse. Adde, quod etiam apud Hermionenses Iphigenia divinis colebatur honoribus, vid. Paus. II 35, 1: *καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερόν.* Signum Iphigeniae in Dianae templo, quod Aeginae fuit, memorat idem VII 26, 5. Ceterum quod hic Iphigenia Agamemnonis filia dicitur, supra in Helena fr. 27 Thesei, haec diversorum carminum discrepantia nullam habet offensionem: ac fortasse adiecit hoc pervagatam famam secutus Philodemus, vel quem ille solet describere, Apollodorus in libris *περὶ θεῶν*.

39. [40.]

Schol. Eurip. Orest. 46: *Φανερὸν ὅτι ἐν Ἄργει ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται· Ὅμηρος δὲ ἐν Μυκήναις φησὶν εἶναι τὰ βασίλεια τοῦ Ἀγαμέμνονος· Στησίχορος δὲ καὶ Σιμωνίδης ἐν Λακεδαιμονίᾳ.*

40. [41.]

Schol. Eurip. Orest. 268: *Στησιχόρῳ* (B, ceteri *Στησίχορος*) *ἑπόμενος* (*Εὐριπίδης*) *τόξα φησὶν αὐτὸν* (*τὸν Ὀρέστην*) *εἰληφέναι παρὰ Ἀπόλλωνος.*

Fr. 37. Schol. Arist. Pac. v. 797: *Ἔστι δὲ παρὰ τὰ Στησιχόρου ἐκ τῆς Ὀρεστείας· Τοιάδε κτλ.* — V. 2. *ἐξευρόντας ἁβρῶς* Kleine, vulgo *ἐξευρόντα ἁβρῶς*. Est autem haec antistropha prima, Aristophanis parodia est: *Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων, | τὸν σοφὸν ποιητὴν | ὑμνεῖν ὅταν ἠρινὰ μὲν φωνῇ χελιδὼν | ἑξομένη* (scr. *ἡδομένη*) *κελαδῇ*.

41. [42.]

Schol. Aesch. Choeph. 733: *Κίλισσαν δέ φησι τὴν Ὀρέστου τροφόν, Πίνδαρος δὲ Ἀρσινόην, Στησίχορος Λαοδάμειαν.*

42. [43.]

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
Τᾷ δὲ δράκων ἐδόκησεν μολεῖν κάρα βεβροτωμένος ἄκρον·
ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

XIII. ΚΑΛΥΚΑ. 987

43. [54.]

Athen. XIV 619 D: *Ἀριστόξενος δὲ ἐν τετάρτῳ περὶ μουσικῆς, ἤδον, φησίν, αἱ ἀρχαῖαι γυναῖκες Καλύκην τινὰ ᾠδήν. Στησιχόρου δ' ἦν ποίημα, ἐν ᾧ Καλύκη τις ὄνομα, ἐρῶσα Εὐάθλου νεανίσκου, σωφρόνως εὔχεται τῇ Ἀφροδίτῃ γαμηθῆναι αὐτῷ· ἐπεὶ δὲ ὑπερεῖδεν ὁ νεανίσκος, κατεκρήμνισεν ἑαυτήν· ἐγένετο δὲ τὸ πάθος περὶ Λευκάδα. Σωφρονικὸν δὲ πάνυ κατεσκεύασεν ὁ ποιητὴς τὸ τῆς παρθένου ἦθος, οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου θελούσης συγγενέσθαι τῷ νεανίσκῳ, ἀλλ' εὐχομένης, εἰ δύναιτο, γυνὴ τοῦ Εὐάθλου γενέσθαι κουριδία, ἤ, εἰ τοῦτο μὴ δυνατόν, ἀπαλλαγῆναι τοῦ βίου.* Cf. Eust. Il. 1236, 62.

XIV. ΡΑΔΙΝΑ.

44. [55.]

⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
Ἄγε Μοῦσα λίγει', ἄρξον ἀοιδᾶς ἐρατωνύμου
Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ.

Fr. 42. Plut. de sera numin. vind. c. 10: *ὥστε πρὸς τὰ γενόμενα καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποπλάττεσθαι τὸ τῆς Κλυταιμνήστρας ἐνύπνιον τὸν Στησίχορον, οὑτωσί πως λέγοντα τάδε* (τᾷ δὲ recte Reiske, ad poetae verba referens)· *Δράκων κτλ.* — V. 1 *ἐδόκησεν μολεῖν* scripsi, legebatur *ἐδόκησε μολεῖν*. Valckenaer coni. *τᾷδε δράκων μὲν ἔδοξε*. Numeri alterius versus insolentiores sunt, sed nihil ausus sum mutare, quamquam facili negotio *βασιλεύς* ol scribi potest vel *ἐφάνη* ol.

Fr. 44. Strabo VIII 347 in *Eliacis*: *Οὐ πάνυ δὲ ὑπὸ τῶν τοὺς περίπλους γραψάντων ἡ Σάμος μνημονεύεται ... καὶ πεδίον δ' αὐτόθι καλεῖται Σαμικόν, ἐξ οὗ πλέον ἄν τις τεκμαίροιτο ὑπάρξαι ποτὲ πόλιν τὴν Σάμον, καὶ ἡ Ῥαδινὴ δέ, ἣν Στησίχορος ποιῆσαι δοκεῖ, ἧς ἀρχή· Ἄγε κτλ. ἐντεῦθεν λέγει τοὺς παῖδας· ἐκδοθεῖσαν γὰρ τὴν Ῥαδινὴν ἐς Κόρινθον τυράννῳ φησὶν ἐκ τῆς Σάμου πλεῦσαι πνέοντος ζεφύρου, οὐ δήπουθεν τῆς Ἰωνικῆς Σάμου· τῷ δ' αὐτῷ ἀνέμῳ καὶ ἀρχιθέωρον εἰς Δελφοὺς τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς ἐλθεῖν· καὶ τὸν ἀνεψιὸν*

XV. ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΕΙΔΩΝ.

45. [78.]

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Λεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια.

46. 988

. . . ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑

Μέτειμι δ' ἐφ' ἕτερον προοίμιον.

47.

Μάτας εἰπών.

48. [71.]

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Αὐτόν σε Πυλαμάχε πρῶτον.

ἐρῶντα αὐτῆς ἅρματι εἰς Κόρινθον ἐξορμῆσαι παρ' αὐτήν· ὅ τε τύραννος πτείνας ἀμφοτέρους ἅρματι ἀποπέμπει τὰ σώματα, μεταγνοὺς δ' ἀνακαλεῖ καὶ θάπτει. At Paus. VII 5, 13 ad Ionicam Samon refert: *Σαμίοις δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐς τὸ Ἡραῖον τὸ Ῥαδίνης καὶ Λεοντίχου μνῆμά ἐστι, καὶ τοῖς ὑπὸ ἔρωτος ἀνιωμένοις εὔχεσθαι καθέστηκεν ἰοῦσιν ἐπὶ τὸ μνῆμα.* — V. 1. *Μοῦσα* non ausus sum mutare, vid. fr. 35. — *λίγει'*, codd. *λιγεῖα*, sed cf. Lehrs Quaest. Ep. 169. — *ἐρατωνύμου* scripsi, legebatur *ἐρατῶν ὕμνους*, quamquam possunt etiam alia tentari, velut *Ἐρατοῖ, νόμους*, et *νόμους* iam Heyne proposuit. Meineke scripsit *Ἐρατώ, νόμους*, Ahrens *ἀοιδὰς ἐρατωνύμους* et deinde *Ἐρατώ, φεγγομένα λύρᾳ*.

Fr. 45. Eustath. Il. 10, 1: *Οὐ μόνον γὰρ Ἡσίοδος ἐκ τῆς τῶν Μουσῶν ἐπικλήσεως ἄρχεται. . . . Στησίχορος δὲ τὸ κύριον ἐκφωνεῖ ἐν τῷ· Λεῦρ' κτλ.* Fortasse exordium *Ἴλιον πέρσιδος*.

Fr. 46. Aristid. II 572: *Μέτειμι δ' ἐφ' ἕτερον προοίμιον κατὰ Στησίχορον· σκιαμαχεῖν μὲν οὖν πως οἶδ' ὅτι δεῖ· πρὸς οὓς γὰρ εἰρήσεται τὰ λεγόμενα, οὐχ ἥκουσιν, ὥστε συμβαίνει ἅμα μὲν σχεδὸν ὥσπερ ἂν εἰς μάτην γίγνεσθαι τοὺς λόγους, ἅμα δ' εἶναι σαφέστατον, ὡς ὀρθῶς καὶ προσηκόντως εἰρήσονται. αὐτόθεν γάρ που φανερόν, ὅτι οὐ τὸ ἡμέτερον αἴτιον οὔτε νῦν οὔτε ἄλλοτε πώποτε σὺν θεοῖς εἰπεῖν, ἀλλ' ἡ τούτων περὶ πάντα συνήθης ῥᾳθυμία.* ubi ex Stesichoro etiam *εἰς μάτην γίγνεσθαι τοὺς λόγους* petitum videtur, cf. fr. 47. Fortasse haec duo fragmenta *Palinodiae* adscribenda, in quo carmine poetam se simul ab aemulorum criminationibus defendisse non est improbabile.

Fr. 47. Zonar. 1338: *Μάτην, ἀντὶ τοῦ ματαίως· ἀπὸ τοῦ θηλυκοῦ εἰς ἐπίρρημα· Στησίχορος· μάτας εἰπών.* Adde Catal. cod. Nan. 490. Et. Flor. Miller Misc. 212 *μάτας εἶπεν*, unde Nauck *εἰπών* Stesichoro abiudicat. *Lyrici* poetae hand dubie est, quod exhibet Hesych.: *Ἄτας κελαδεῖν· μάταια εἰπεῖν ἢ ἠχεῖν*: quam glossam referunt ad Eurip. Troad. 120, mihi Euripides haec eadem ex antiquo poeta videtur ascivisse.

Fr. 48. Athen. IV 154 F: *Ὁπότε δὲ παροξύνεται, τὸ μάχεσθαι ῥῆμα περιέχει· ὡς ἐν τῷ πυγμάχος, ναυμάχος· Αὐτόν κτλ. παρὰ Στησιχόρῳ.* ubi *πυλαμάχε* AB, *πυλομάχε* P, *πυγμάχε* VL. Schol. Il. ε 31:

49. [84.]

– ⏑́ ⏑ – – ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Κοιλωνύχων ἵππων πρύτανις, Ποσειδάν.

50. [68.]

. . . . ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑

⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑́ ⏑ – –

⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

. . . . *Μάλα τοι μελιστᾶν*
παιγμοσύνας τε φιλεῖ μολπάς τ' Ἀπόλλων·
κάδεα δὲ στοναχάς τ' Ἀΐδας ἔλαχεν.

51. [79.] 989

⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓

– ⏑́ . . . .

Ἀτελέστατα γὰρ καὶ ἀμάχανα τοὺς θανόντας
κλαίειν.

52. [80.]

⏑ ⏑́ ⏑ – – ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑ – – ⏑́ ⏑ ⏓

Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ἀπόλλυται ποτ' ἀνθρώπων χαρις.

53. [77.]

⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑́ ⏓

Ῥαθινοὺς δ' ἐπέπεμπον ἄκοντας.

Ἄρεως δὲ τοῖς τείχεσι προσπελάζειν, καὶ ἔστιν ἐπίθετον (τειχεσιπλῆτα) ἀνάλογον τῷ παρὰ Στησιχόρῳ πυλεμάχῳ, unde *πυλαιμάχε* possis coniicere. cf. Hesych.: *Πυλαίμα[ρ]χος· πολέμαρχος καὶ ὄνομα κύριον.*

Fr. 49. Schol. Il. ζ 507: *Στησίχορος κοιλωνύχων ἵππων πρύτανιν τὸν Ποσειδῶνά φησιν.*

Fr. 50. Plut. de *EI* ap. Delph. c. 21: *Καὶ πρότερος ἔτι τούτου ὁ Στησίχορος. Μάλα κτλ.* — V. 1. *μελιστᾶν* scripsi, nisi malis *μελικτᾶν*, qua forma bucolici poetae utuntur, legebatur *μάλιστα*. — V. 2. *τε φιλεῖ* scripsi, vulgo *φιλεῖ*, Schneidewin *φιλέει*. — V. 3. *κάδεα* Schneidewin, vulgo *κήδεα*. Respicit Stesichorus tibicinum certamina Delphis instituta, sed haud ita multo post abrogata.

Fr. 51. Stob. Floril. CXXIV 15. *Στησιχόρου.* — V. 1. *ἀτελέστατα*, B *ἀτέλεστα*. Ahrens *ἀτέλεστά τε* scripsit. — *καὶ* om. Trinc. — *ἀμάχανα* Schneidewin, vulgo *ἀμήχανα*.

Fr. 52. Stob. Floril. CXXVI 5. *Στησιχόρου· Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ὄλυτ' ἀνθρ. χ.*, ita vulgo, et sic Apostol. VIII 83 d, contra cod. Vind. marg. Gesn. *Θαν. ἀνδρ. πᾶσα πολιά ποτ' ἀ. χ.* hinc olim correxi *πᾶσ' ἀπολείπεται ἀν. χ*, nunc Kleinium secutus sum, et iam Scaliger coniecit *θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ἀπόλλυται χάρις*, Hartungo placuit *πᾶσ' ἀπόλλυτ' ἐν ἀνθρώπων χάρις.*

Fr. 53. Schol. Ap. Rh. III 106: *Ῥαδινῆς, τρυφερᾶς. . . Στησίχορος ἐπὶ τοῦ εὐτόνου· Ῥαδινοὺς κτλ.* cod. P *ἔπεμπον.*

54. [4.]

Schol. Apoll. Rhod. I 230: *Ὁ γὰρ Μινύας πολλὰς εἶχε θυγατέρας· καὶ γὰρ ὁ Ἰάσων Ἀλκιμέδης ἐστὶ τῆς Κλυμένης τῆς Μινύου θυγατρός, Στησίχορος δὲ Ἐτεοκλυμένης φησίν, Φερεκύδης δὲ Ἀλκιμέδης τῆς Φυλάκου.*

55.

Schol. Eurip. Rhes. 5: *Ὅτι οἱ ἀρχαῖοι εἰς τρεῖς φυλακὰς νέμουσι τὴν νύκτα . . . Στησίχορον δὲ ὁ Σιμωνίδης πεντεφύλακον φησὶν ὑποτίθεσθαι τὴν νύκτα.* Ita correxi, similiterque Vater, vulgo *Στησίχορος* et *πάντα φύλ* ... (sed A *στησιχρ. δὲ ὁ σιμωνίδης πενταφυλ.*), ut Simonides in carmine aliquo Stesichori sententiam retulerit. Sed fortasse rectius Cobet: *Στησίχορον δὲ καὶ Σιμωνίδην* correxit, ut *φησί* ad grammaticum pertineat, quem scholiasta in epitomen redegit. Dindorfio *φασὶν* placet.

56. [61.]

Aristot. Hist. An. V 9: *Πάντων δὲ σπανιώτατον ἰδεῖν ἀλκυόνα ἐστί· σχεδὸν γὰρ περὶ πλειάδος δύσιν καὶ τροπὰς ὁρᾶται μόνον, καὶ ἐν τοῖς ὑφόρμοις πρῶτον ὅσον περιιπταμένη περὶ τὸ πλοῖον ἀφανίζεται εὐθύς· διὸ καὶ Στησίχορος τοῦτον τὸν τρόπον ἐμνήσθη περὶ* 990
αὐτῆς.

57. [62.]

Athen. XII 512 F: *Τοῦτον οὖν (τὸν Ἡρακλέα) φησὶν (Μεγακλείδης) οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν ἐν ληστοῦ σχήματι μόνον περιπορευόμενον, ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα· καὶ ταῦτα πλάσαι πρῶτον Στησίχορον τὸν Ἰμεραῖον· καὶ Ξάνθος δ' ὁ μελοποιός, πρεσβύτερος ὢν Στησιχόρου, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Στησίχορος μαρτυρεῖ, ὥς φησιν ὁ Μεγακλείδης, οὐ ταύτην αὐτῷ περιτίθησι τὴν στολήν, ἀλλὰ τὴν Ὁμηρικήν. Πολλὰ δὲ τῶν Ξάνθου παραπεποίηκεν ὁ Στησίχορος, ὥσπερ καὶ τὴν Ὀρεστείαν καλουμένην.* Cf. Eust. 1279, 8.

58. [63.]

Pausan. IX 11, 1: *Ἐπιδεικνύουσι δὲ (οἱ Θηβαῖοι) Ἡρακλέους τῶν παίδων τῶν ἐκ Μεγάρας μνῆμα, οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες ἢ Στησίχορος ὁ Ἰμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν.*

59. [64.]

Plutarch. de Herod. malign. c. 14: *Καί τοι τῶν παλαιῶν καὶ λογίων ἀνδρῶν οὐχ Ὅμηρος, οὐχ Ἡσίοδος, οὐκ Ἀρχίλοχος, οὐ Πεί-*

σανδρος, οὐ Στησίχορος, οὐκ Ἀλκμάν, οὐ Πίνδαρος Αἰγυπτίου ἔσχον λόγον Ἡρακλέους ἢ Φοίνικος, ἀλλ' ἕνα τοῦτον ἴσασι πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιώτιον ὁμοῦ καὶ Ἀργεῖον.

60. [69.]

Et. M. 772, 49: *Τυφωεύς· Ἡσίοδος αὐτὸν Γῆς γενεαλογεῖ, Στησίχορος δέ, Ἥρας μόνης κατὰ μνησικακίαν Διὸς τεκούσης αὐτόν.* Cf. Eudoc. 406.

61. [73.]

Apollodor. III 10, 3: *Κυνόρτου δὲ Περιήρης, ὃς γαμεῖ Γοργοφόνην τὴν Περσέως, καθάπερ Στησίχορός φησι, καὶ τίκτει Τυνδάρεων, Ἰκάριον, Ἀφαρέα, Λεύκιππον.* Cf. Tzetz. ad Lycophr. 511.

62. [76.]

Schol. Apoll. Rhod. IV 1310: *Πρῶτος Στησίχορος ἔφη σὺν ὅπλοις ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναπηδῆσαι τὴν Ἀθηνᾶν.*

63. [51.]

Aelian. Var. H. X 18 postquam famam de *Daphnide* exposuit: *ἐκ δὲ τούτου τὰ βουκολικὰ μέλη πρῶτον ᾄσθη, καὶ εἶχεν ὑπόθεσιν τὸ πάθος, τὸ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ· καὶ Στησίχορόν γε τὸν Ἱμεραῖον τῆς τοιαύτης μελοποιΐας ἀπάρξασθαι.* Ex his coniicias iam Stesichorum Daphnidis fortunam carmine aliquo persecutum esse, et Welcker quidem existimat Aelianum Hist. Anim. XI 13 secundum Stesichorum haec exposuisse.

64. [94.] 991

Strabo I 42: *Ἡσίοδος δ' ἐν καταλόγῳ φησί· Καὶ κούρην Ἀράβοιο, τὸν Ἑρμάων ἀνάκητα γείνατο καὶ Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος. οὕτω δὲ καὶ Στησίχορος λέγει.*

65. [57.]

Vibius Seq. de Flumin. p. 11 ed. Oberl.: „Himera oppido Thermitanorum dedit nomen Himerae. Hoc flumen in duas findi partes ait Stesichorus, unam in Tyrrhenum mare, alteram in Libycum decurrere.“ Stesichorum patriam urbem laudibus prosecutum esse indicat Himer. Or. XXIX, qui locus sic videtur redintegrandus: (*Κοσμεῖ ὁ μὲν Ἀνακρέων τὴν Τ)ηΐων πόλιν τοῖς μέλεσι κἀκεῖθεν ἄγει τοὺς ἔρωτας, κοσμεῖ δὲ . . . . . καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Βακχυλίδῃ ἡ πόλις ἐσπούδασται· τὴν δέ Χί(ον . . . . Ἱμέραν) δὲ ἀλ(?) . . ον καὶ λόγοις κοσμεῖ Στησίχορος.*

66. [59.]

Aelian. Hist. Anim. XVII 37: Ἀλοῶντες (ἀμῶντες verissime Reiske, ac Tzetzes quoque θεριστὰς dicit) ἄνθρωποι τοῦ ἡλίου καταφλέγοντος δίψῃ πιεζόμενοι τὸν ἀριθμὸν ἑκκαίδεκα ἕνα ἑαυτῶν ἀπέστειλαν ἐκ πηγῆς γειτνιώσης κομίσαι ὕδωρ. οὐκοῦν ὁ ἀπιὼν τὸ μὲν δρέπανον τὸ ἀμητικὸν διὰ χειρὸς εἶχε, τὸ δὲ ἀρυστικὸν ἀγγεῖον κατὰ τοῦ ὤμου ἔφερεν· ἐλθὼν δὲ καταλαμβάνει ἀετὸν ὑπό τινος ὄφεως ἐγκρατῶς τε καὶ εὐλαβῶς περιπλακέντος ἀποπνιγόμενον ἤδη. Ἔτυχε δὲ ἄρα καταπτὰς μὲν ἐπ' αὐτὸν ὁ ἀετός, οὐ μὴν κρείττων γενόμενος οὐδὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικὸν τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις τὴν δαῖτα ἐκόμισεν, ἀλλὰ ταῖς ἐκείνου σπείραις περιπεσὼν ἕρμασιν ἔμελλεν οὐ μὰ Δί' ἀπολεῖν, ἀλλ' ἀπολεῖσθαι. Εἰδὼς οὖν ὁ γεωργὸς ἢ ἀκούων, τὸν μὲν εἶναι Διὸς ἄγγελον καὶ ὑπηρέτην, εἰδώς γε μὴν κακὸν θηρίον τὸν ὄφιν, τῷ δρεπάνῳ τῷ προειρημένῳ διακόπτει τὸν θῆρα, καὶ μέντοι καὶ τῶν ἀφύκτων ἐκείνων εἱργμῶν καὶ δεσμῶν τὸν ἀετὸν ἀπολύει. Ὁδοῦ μέντοι πάρεργον τῷ ἀνδρὶ ταῦτα καὶ δὴ διεπέπρακτο, ἀρυσάμενος δὲ τὸ ὕδωρ ἦκε καὶ πρὸς τὸν οἶνον κεράσας ὤρεξε πᾶσιν, οἱ δὲ ἄρα ἐξέπιον καὶ ἀμυστὶ καὶ πολλὰς ἐπὶ τῷ ἀρίστῳ· ἔμελλε δὲ καὶ αὐτὸς ἐπ' ἐκείνοις πίεσθαι· ἔτυχε γὰρ ὑπηρέτης κατ' ἐκεῖνό πως τοῦ καιροῦ, ἀλλ' οὐ συμπότης ὤν. Ἐπεὶ δὲ τοῖς χείλεσι τὴν κύλικα προσῆγε, ὁ σωθεὶς ἀετὸς ζωάγρια ἐκτίνων οἱ καὶ κατὰ τύχην ἀγαθὴν ἐκείνου ἔτι διατρίβων περὶ τὸν χῶρον, ἐμπίπτει τῇ κύλικι καὶ ἐκταράττει αὐτὴν καὶ ἐκχεῖ τὸ ποτόν. Ὁ δὲ ἠγανάκτησε, καὶ γὰρ ἔτυχε διψῶν, καὶ λέγει· εἶτα μέντοι σὺ μὲν ἐκεῖνος ὢν (καὶ γὰρ καὶ τὸν ὄρνιν ἐγνώρισε) τοιαύτας ἀποδίδως τοῖς σωτῆρσι τὰς χάριτας; ἀλλὰ πῶς ἔτι ταῦτα καλά; πῶς δ' ἂν καὶ ἄλλος σπουδὴν καταθέσθαι θελήσειεν εἴς τινα αἰδοῖ Διὸς χαρίτων ἐφόρου τε καὶ ἐπόπτου; καὶ τῷ μὲν ταῦτα εἴρητο καὶ ἐφρύγετο· ὁρᾷ δὲ ἐπιστραφεὶς τοὺς πιόντας ἀσπαίροντάς τε καὶ ἀποθνήσκοντας. Ἦν δὲ ἄρα, ὡς συμβάλλειν, ἐμημεκὼς εἰς τὴν πηγὴν ὁ ὄφις καὶ κεράσας αὐτὴν τῷ ἴῳ. Ὁ μὲν ἀετὸς τῷ σώσαντι ἀμοιβὴν τῆς ἰσοτίμου σωτηρίας ἀπέδωκε τὸν μισθόν. Λέγει δὲ Κράτης ὁ Περγαμηνὸς ὑπὲρ τούτων καὶ τὸν Στησίχορον ᾄδειν ἔν τινι ποιήματι οὐκ ἐκφοιτήσαντί που εἰς πολ- 992
λούς, σεμνόν τε καὶ ἀρχαῖον, ὥς γε κρίνειν ἐμέ, τὸν μάρτυρα εἰσάγων. Cf. etiam Tzetz. Chil. IV 302. Welckero, cui ea, quae de Stesichoro fabulae auctore prodidit Crates vel Aelianus, ficta esse videntur, equidem non suffragor.

67. [13.]

Argum. Hesiod. Scut. Herc.: ὡσαύτως δὲ καὶ Στησίχορός φησιν

Ἡσιόδου εἶναι τὸ ποίημα (*Scutum*). Fort. in *Cycno* Stesichorus memoravit.

68. [17.]

Pausan. IX 2, 3: *Στησίχορος δὲ ὁ Ἰμεραῖος ἔγραψεν ἐλάφου περιβαλεῖν δέρμα Ἀκταίωνι τὴν Θεόν, παρασκευάζουσάν οἱ τὸν ἐκ τῶν κυνῶν θάνατον, ἵνα δὴ μὴ γυναῖκα Σεμέλην λάβοι.* Fabulam hanc peculiari carmine, quod Ἀκταίων vel Ἀκταιωνίς inscriptum, poeta persecutus videtur; cf. fr. Adespot. 39 et quae ibi adnotavi.

69. [29.]

Tzetz. ad Lycophr. 266: *Στησίχορος γὰρ καὶ Εὐφορίων καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ποιητής φασι τὸν Ἕκτορα υἱὸν εἶναι Ἀπόλλωνος.* Eadem Schol. Lycophr. a Bachmanno et nuper a Kinkelio editus et Schol. Hom. Il. ω 259.

70. [22.]

Plutarch. de Sollert. Anim. c. 36: *Ἡ δὲ Ὀδυσσέως ἀσπὶς ὅτι μὲν ἐπίσημον εἶχε δελφῖνα καὶ Στησίχορος ἱστόρηκεν.* Cf. Tzetz. ad Lycophr. 658: *Δελφινόσημον. Στησιχορός φησιν Ὀδυσσέα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος φέρειν δελφῖνος τύπον καὶ Εὐφορίων ὁμοίως τούτῳ συμφθέγγεται,* quae descripta sunt ex vet. schol. nuper edito. Pertinet fort. ad *Ἰλίου πέρσιν.*

71.

Philodem. de Mus. col. XX, ubi dicit improbabile esse a Thaleta et Terpandro Lacedaemoniorum dissidia composita esse: *τοὺς ἐ(πὶ τῶν) ἀγώνων ἔ(τ)ερπεν ὁ Τέρ(παν)δρος· τοὺς δὲ Λάκωνας ἀ(π)ειθεῖν προα(ι)ρουμένους (τῷ) μαντείῳ κα(ὶ) (λ)όγῳ δ' ἴσω(ς) προαχθέν(τ)α(ς) ἀποτεθεῖσθαι τὴν στάσιν· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ μὲν κα(τὰ) Στησίχορ(ο)ν οὐκ ἀκρι(βῶς) ἱστο(ρεῖ)τ(αι), τ(ὸ δὲ) Π(ι)νδ(ά)ρειον, εἰ τῆς διχ(ον)οίας ἔπεισεν, οὐκ οἶδαμεν.* Stesichori memoria utrum ad Thaletam solum, an simul ad Terpandrum pertineat, incertum. Cf. quae dixi ad Pindari fr. 268.

72. [25.]

Schol. Il. ψ 92: *Διόνυσος Ἥφαιστον γενόμενον ἐν Νάξῳ μιᾷ τῶν Κυκλάδων ξενίσας ἔλαβε παρ' αὐτοῦ δῶρον χρύσεον ἀμφορέα· διωχθεὶς δὲ ὕστερον ὑπὸ Λυκούργου καὶ καταφυγὼν εἰς θάλασσαν φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξαμένης Θέτιδος ἔδωκεν αὐτῇ τὸν Ἡφαιστότευκτον ἀμφορέα· ἡ δὲ τῷ παιδὶ ἐχαρίσατο, ὅπως μετὰ θάνατον ἐν αὐτῷ αὐτοῦ ἀποτεθῇ τὰ ὀστᾶ. Ἱστορεῖ Στησίχορος.*

73. [53.] 993

Plin. Hist. Nat. II 12, 54: „Misera hominum mente ... in defectibus scelera aut mortem aliquam siderum pavente, quo in metu fuisse Stesichori et Pindari vatum sublimia ora palam est deliquio solis.“ Adde Plutarch. de fac. in orbe lunae c. 19: *εἰ δὲ μή, Θέων ἡμῖν οὗτος τὸν Μίμνερμον ἐπάξει καὶ τὸν Κυδίαν καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον κλεπτόμενον καὶ μέσῳ ἄματι νύκτα γινομένην καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου σκότους ἀτραπὸν φάσκοντας.* Ex Stesichoro fort. sunt verba *μέσῳ ἄματι νύκτα γινομένην*, quamquam etiam ad Cydiam referri possunt.

74.

Etymol. Vindob. cod. CLVIII: *Ἄϊος· ὄνομα παρὰ Στησιχόρῳ.* Fuit fortasse nomen canis (*Mutus*).

75. [92.]

Ptolem. Hephaest. c. 120: *Περὶ δὲ τῶν παρὰ Στησιχόρῳ ζητουμένων ἀκεσταλίων ὀρνίθων.* ubi Roulez *ἀλκυόνων ὀρν.* tentavit.

76.

Cram. An. Ox. I 205, 11: *Ἰάπτω, παρὰ τὸ ἴπτω, ἐξ οὗ καὶ τό· Μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν. Ἀνίψαλον παῖδα ἔφη ὁ Στησίχορος.* Cf. ib. 369, 19: *ὡς δὲ παρὰ τὸ ἴξω ἴξαλος, ἰξάλου αἰγός, κονίσω κονίσαλος, οὕτω καὶ ἴψω ἴψαλος, ἀφ' οὗ παρὰ Στησιχόρῳ ἀνίψαλον παῖδα τὸν ἀβλαβῆ.* quod testimonium satis tuetur scripturam *ἀνίψαλον*, quod alias *ἀνίψαλλον* vel *ἀνίψανον* scribitur, vid. Etym. M. p. 110, 46: *Ἀνίψαλλον* (VbD *ἀνίψανον*, quemadmodum etiam Hesychius)· *τὸν ἀβλαβῆ .... ἀδιάφθορον, οἱ δὲ ἡλικίας τάξιν.*

77. [83.]

Athen. V 180 E: *Καλεῖ δὲ Στησίχορος μὲν τὴν Μοῦσαν ἀρχεσίμολπον.* Cf. Eust. 1480, 22.

78.

Etym. Gud. 89, 31: *Ἄτερπνος· οὕτως ὁ ἄγρυπνος παρὰ Ῥηγίνοις, ὡς καὶ παρὰ Ἰβύκῳ καὶ Στησιχόρῳ.* Cf. Cram. An. Par. IV 61, 22. Etym. M. 163, 8 not.

79. [93].

Hesych.: *Βρυαλίκται· πολεμικοί, ὀρχησταὶ μὲν αἰδοίπου· Ἴβυκος καὶ Στησίχορος.* ubi cod. *ὤρχηται μεν.* O. Müller (Dor. II 342) *βρυαλλίκται* scribit, Hermann coni.: *Βρυαλίκται· πολεμικοὶ ὀρχησταί· Βρυαλίκται μενέδουποι. Ἴβυκος κτλ.*, similiter Haupt: *Βρυαλλίκται μενέδουποι· πολεμικοὶ ὀρχησταί*: ut ipsa sive Ibyci sive Stesichori verba sint servata, sed *μενέδουποι*, ut ingeniose Hermann divinavit, tum demum recte se habet, si non saltatatores, sed per translationem bellatores dicuntur. Ego tentavi: *Βρυαλίκται· πολεμικοί, ὀρχησταὶ ἔνοπλοι, ὡς Ἴβυκος καὶ Στησίχορος*, cum antea *πολεμικοὶ ὀρχησταὶ μετὰ προσώπου* (*προσωπείου*) coniecissem, Hartung *πελεμικτοί, ὀρχησταὶ μετὰ δούπου.* Alia molitur Schmidt, qui cum proxima glossa (*βρυανίων, μετεωριζόμενος καὶ κορωνιῶν*) coniunxit in hunc modum: *Βρυαλιχικταί· πολιτικοὶ* (haud dubie *πολεμικοὶ* scribere voluit) *ὀρχησταὶ μὲν αἰδοίπου Ἴβυκος, καὶ Στησίχορος βρυαλιχίζων, μετεωριζόμενος καὶ κορωνιῶν*, rursus autem 994 haec perverse scripta esse existimat pro *Βρυλλιχικταὶ* et *βρυλλιχίζων.*

80. [87.]

Hesych.: *Ναυκληρώσιμοι στέγαι· τὰ πανδοκεῖα, ἐπεὶ ἔνιοι ἐμπορεῖα λέγουσιν· ὡς καὶ Στησίχορος ἐμπορικὸν οἶκον φησίν.*

81.

Schol. ad Dionys. Thrac. in Bekk. An. II 945, 25: *Οἶον ἔνδοθεν, ἔξοθεν παρὰ Στησιχόρῳ, πρόσσοθεν παρ' Ὁμήρῳ.*

82. [65.]

Etym. M. p. 100, 47: *Σφῆλον γὰρ τὸ ἰσχυρόν· Στησίχορος ἐρίσφηλον ἔφη τὸν Ἡρακλέα, ἴσον τῷ ἐρισθενεῖ* (Va ὃ *σημαίνει τὸ ἰσχυρὸν παρὰ Στησιχόρῳ*). Cf. Et. Gud. 53, 12.

83. [67.]

Et. M. 427, 48: *Στησίχορος δὲ Τάρταρον ἠλίβατον τὸν βαθὺν λέγει.* Eadem Hesych. v. *ἠλίβατον.* Phot. 66, 15. Schol. Lucian. pro merc. cond. 10. Schol. Victor. ad Arist. Av. 1739.

84. [23.]

Schol. Il. o 333: *Τὸν Ὀϊλέα Ζηνόδοτος ἐπόμενος Ἡσιόδῳ καὶ Στησιχόρῳ χωρὶς τοῦ ο ὀνομάζει Ἰλέα.* Eust. 277, 2: *Τὸ δὲ Ὀϊλεὺς ψιλωτέον κατὰ τὴν ἄρχουσαν, ὡς ἓν μέρος λόγου κατὰ τὸν Ὅμηρον·*

Ἡσίοδος δέ, φασί, καὶ Στησίχορος διχῶς αὐτὸ προάγει. οὐ γὰρ μόνον τρισυλλάβως Ὀϊλεύς, ἀλλὰ καὶ δισυλλάβως Ἰλεύς. Cf. idem 1018, 58.

85. [96.]

Schol. Hom. Il. φ 575: *Ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ· Ἀρίσταρχος φησί τινας γράφειν κυνυλαγμόν. οὕτω καὶ Ζηνόδοτος· καὶ Στησίχορος δὲ ἔοικεν οὕτως ἀνεγνωκέναι, φησὶ γοῦν ἀπειρεσίοιο κυνυλαγμοῖο.* Eust. 1251, 61: *ἀπειρεσίου κυνυλαγμοῦ.* Fortasse *ἀπειρεσίῳ κυνυλαγμῷ* scribendum, quod videtur poeta in Geryoneide dixisse. Apud Homerum autem *κυνυλαγμὸς* dudum oportebat restitui, nisi grammatici nostri optimas quasque lectiones fastidiose spernerent.

86. [91.]

Eust. 524, 28: *Καὶ γὰρ λεύκιππος λέγεται παρὰ Στησιχόρῳ ἐπιθετικῶς.* Cf. Ibyc. fr. 16 v. 1.

87. [85.]

Choerob. I 82 (Bekk. An. III 1397): *Μεσόνυξ· μεσόνυχος, εἷς τῶν ἑπτὰ πλανητῶν παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις ὀνομάζεται· μέμνηται Στησίχορος.* si recte se habet poetae nomen, quamquam Stesichori auctoritas fortasse tantum ad ipsum vocabulum testificandum adhibita fuit. Repetit Choerob. 83: *μεσόννυξ, μεσόννυχος, εἷς τῶν πλανητῶν.*

88. [86.] 995

Schol. Apoll. Rhod. IV 973: *Ὀρείχαλκος εἶδος χαλκοῦ . . . μνημονεύει καὶ Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης.*

89. [88.]

Phot. 412, 21: *Πέποσχα, Δωριέων τινὲς τούτῳ κέχρηνται, ὧν καὶ Στησίχορός ἐστιν.*

90. [70.]

Strabo VIII 356: *Στησίχορον δὲ καλεῖν πόλιν τὴν χώραν Πίσαν λεγομένην, ὡς ὁ ποιητὴς τὴν Λέσβον Μάκαρος πόλιν.*

91. [90.]

Schol. Arist. Av. 1302: *Πηνέλοψ νήττῃ μέν ἐστιν ὅμοιον, περιστερᾶς δὲ μέγεθος· μέμνηται δὲ αὐτοῦ Στησίχορος καὶ Ἴβυκος.*

92.

Cram. An. Ox. I 192, 1: Ὁ γοῦν Στησίχορος φησὶ ποταύδη, ὃ λέγει ὁ ποιητὴς προσηύδα.

93. [82.]

Eust. 772, 3: Ἡ δὲ παροιμία τοὺς φθονεροὺς καὶ ψογερούς τελχῖνας, ὡς ἐκ τῶν εἰρημένων, καλεῖ· Στησίχορος δέ, φασί, τὰς κῆρας καὶ τὰς σκοτώσεις τελχῖνας προσηγόρευσε. Quae Eustath. illo loco copiose de Telchinibus exponit, ex Aristophane Byzantio et Suetonio petita sunt, cf. Miller Misc. 417, ubi pro Παρμενίδης δ' ἐκ τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν γενέσθαι μεταμορφωθέντων ὑπὸ Διὸς εἰς ἀνθρώπους, non cum Nauckio Ἐπιμενίδης, sed Ἀρμενίδας scribendum, quemadmodum apud Photium et Suidam v. Μακάρων νῆσοι eadem nominum permutatio deprehenditur.

94. [89.]

Schol. Pind. Ol. IX 128: Χάρμα, νῦν ἀντὶ τοῦ χαρά. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ τῆς μάχης· οἱ δὲ περὶ Ἴβυκον καὶ Στησίχορον χάρμην τὴν ἐπιδορατίδα φασίν.

95. [81.]

Eust. Od. p. 1441, 16: Στησίχορος δέ, ὑπερθυμέστατον ἀνδρῶν.

Paeanem Stesichori commemorat Athen. VI 250 B. De *Hymno in Minervam*, quem nonnulli Stesichoro tribuunt, vid. ad Lamprocl. fr. 1. Minervae quidem natales poeta videtur in carmine aliquo celebravisse, vid. fr. 62 (ad idem carmen possis etiam fr. 60 referre), quapropter fortasse nonnulli etiam illud carmen, quod Lamproclis nomen prae se ferebat, Stesichoro vindicaverunt. — De *Elegiis* similibusque carminibus, quae Stesichoro tribuuntur in epistolis Phalarideis 19 seqq., nihil addam, cum omnia haec commenticia esse satis constet. — Miller Misc. 283 οἷον λύσω, λυσίζωνος, λυσίπονος, Στησίχορος grammaticus non utitur Stesichori auctoritate ad illustrandum vocabulum λυσίπονος (quod potuit sane Stesichorus adhibere, quemadmodum usus est Pindarus), sed nomen Στησιχόρου eodem modo fictum esse tradit, quo λυσίπονος. — Stesichori nomen saepius ex errore ortum, veluti in Append. Phot. 676, 7 scribitur Στησίχορος pro Φιλόχορος, et in Et. M. 465, 33 V male Στησίχορος ἐν τῷ περὶ τελετῶν pro Στησίμβροτος. Sed fortasse alibi Stesichori potius nomen oblitteratum, velut ap. Schol.

Fr. 57. Diog. Laert. I 89: *Οὗτος (Κλεόβουλος) ἐποίησεν ἄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια καὶ τὸ ἐπίγραμμά τινες τὸ ἐπὶ Μίδᾳ τοῦτόν φασι ποιῆσαι· Χαλκέη παρθένος εἰμί, Μίδεω δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι, Ἔσσ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ, Ἥλιος δ' ἀνιὼν λάμπῃ λαμπρά τε σελήνη, καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα, Αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται. Φέρουσι δὲ μαρτύριον Σιμωνίδου ἄσμα, ὅπου φησί· Τίς κτλ.* Inter *Encomia* retulit Schneidewin, sed potius ex *Threnis* versus petiti videntur. Ceterum credo Simonidem aliud quod Cleobuli poematium, non nobile illud in Midam epigramma respexisse, quod Homeri nomine ferebatur; nam ibi *χαλκέη παρθένος*, hic *λίθος* memoratur, nisi haec sic conciliare velis, ut marmoreae columnae Sirenem impositam fuisse statuas, quamquam Krische de Platonis Phaedro p. 105 non haesit. Cf. etiam Rathgeber Münzen der Athen. p. VIII. — V. 1. *νόῳ*, cod. Mon. *νῷ*. — *πίσυνος*, conieci *πινυτός*. — V. 2. *ἀενάοις* cod. Mon., vulgo *ἀεννάοις*. — *εἰαρινοῖσιν* scripsi, vulgo *εἰαρινοῖς*, ut versus pentametri speciem referat: hoc ut evitetur, aut *ποταμοῖσιν* aut *εἰαρινοῖσιν* scribendum: hoc nunc praetuli. — V. 3. *χρυσέᾳ λιπαρᾶς τε σελάνας* scripsi, nisi *χρυσέου* malis, legebatur *χρυσᾶς τε σελάνας* (Hermann *χρυσέας*), quod omnino vitiosum. Poteram leniore medela adhibita *χρυσέᾳ δίας τε σελ.* scribere, sed numero versus minus commodo. — V. 4. *δίναις*, Cobet *δίνῃς*. — *ἀντία θέντα* scripsi, nam quod Rossbach et Hartung reposuerunt, *ἀντιτιθέντα* ferri nequit, *ἀντιθέντα μένος στάλας* Stephanus, *ἀντιθέντα μένος (μένας) στήλας* codd., *ἀντιθετούμενος στήλας* ed. Frob. — V. 6. *βρότεοι* Hermann, v. *βρότειοι*.

58. [32.]

⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
⏑ ∧ – ⏑ . . . .

Ἔστι τις λόγος ποτὲ τὰν ἀρετάν
ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις,
νῦν δέ μιν θεῶν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν,
οὐδ' ἁπαντᾶν βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτον,
ᾧ μὴ δακέθυμος ἰδρώς
ἔνδοθεν μόλῃ θ', ἵκηταί τ' ἐς ἄκρον
ἀνδρείας.

59. [83.]

Τοῦτο γὰρ μάλιστα φῆρ ἔστυγε πύῤῥ.

Fr. 58. Clem. Alex. Strom. IV 585: *εἰκότως οὖν Σιμωνίδης γράφει· ἔστι κτλ.* Resp. Theodoret. XII 172: *οὐδὲ Σιμωνίδην τὰν ἀρετὰν εἰρηκότα ναίειν* (D *ναίειν δὲ*) *δυσβάτοις ἐπὶ πέτραις.* — V. 1. *ἔστι*, Schneidewin *ἔστι δέ.* — *ποτὲ* adieci voculam necessariam, ut *νῦν* v. 3 arguit. Simonides enim Hesiodum Op. 287 secutus Virtutem dicit olim in rupibus inaccessis habitare solitam nunc (h. e. ubi numina divina terram reliquerunt) in coelo inter deos versari. Virtutis sedem in monte summo parum scite exornavit Quintus Smyrn. V 51 et XIV 195. — V. 2. *ναίειν*, ap. Cl. vulgo *νέειν.* — V. 3. *θεῶν* scripsi, legebatur *θνάν*, Schneidewin *ἁγνὰν δέ μιν θεὰν*, Hartung *μόναν δὲ μονόθεν* coniecit, ego antea *οὐρανὸν δέ μιν θεῶν.* — V. 4. *οὐδ' ἁπαντᾶν βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτον* scripsi, legebatur *οὐδὲ πάντων' β. θ. ἔσοπτος*, nisi forte poeta *ἐσόβδαν* scripsit, cf. Callim. fr. 522 *Μούσῃσι γὰρ ἦλθον ἐσόβδην.* Schneidewin *οὐδὲ μὰν* vel *γὰρ* et *γλεφάροις* scripsit. — V. 6. *μόλῃ θ', ἵκηταί τ'* scripsi, vulgo *μόλῃ, ἵκητ'.* Nihil egerunt Emperius scribens *ἵκῃ τ'*, Doederlein, qui post *ἔσοπτος* plene interpungit, *οὐκ ἂν ἵκοιτ'*, Hartung *ἴδρως ἐν σθενοτόλμᾳ ῥέῃ, ἵκῃ τ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας.*

Fr. 59. Herodian. *π. μ. λέξ.* 12, 18: *Πῦῤῥ· οὐδὲν εἰς υῤῥ λῆγον οὐδέτερον μονοσύλλαβον, ἀλλὰ μόνον τὸ πῦῤῥ· ὅπερ Σιμωνίδης καὶ ἕνεκα μέτρου δισυλλάβως ἀπεφήνατο· τοῦτο γὰρ μάλιστα φηρὲς ἐς τύγε πύῤῥ*, quae correxi similiterque Emperius, ut de leone sit sermo (Aristot. Hist. An. IX 31, 2), quamquam loci emendatio anceps, cum ne illud quidem sit certum, utrum Ceus an Amorginus poeta sit intelligendus. Lobeck *φῆρες ἔστυγον πύῤῥ* scripsit, Reisig *φρὲς ἐς τόγε πύῤῥ.* Trimetrum efficiunt Ahrens *τὸ γὰρ* (vel *καὶ γὰρ*) *μάλιστα φῆρες ἔστυγον πύῤῥ*, et qui similiter corrigunt, Schneidewin *τῇ γὰρ* et Hecker (*οὐ γὰρ . . . πύῤῥ;*). Ceterum *πύῤῥ* fortasse Phrygibus usitata fuit forma, quam significat Plato Cratylo 410 A.

60. [24.] 1140

_ ⏑ ⏑ _ _ ⏑ ⏑ ⏑ _ _ ⏑ ⏑ ⏑ _ ⏑ _ _

Ὦνθρωπε, κεῖσαι ζῶν ἔτι μᾶλλον τῶν ὑπὸ γᾶς ἐκείνων.

61. [33.]

Οὔτις ἄνευ θεῶν
ἀρετὰν λάβεν, οὐ πόλις, οὐ βροτός.
θεὸς ὁ πάμμητις· ἀπήμαντον δέ
οὐδέν ἐστιν ἐν αὐτοῖς.

62.

. . . . _ _ ⏑ ⏑ _
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ _ ⏑ ⏑ _ _ ⏑ ⏑ ⏑ _ ⏑ ⏑ _
⏑ ⏑ ⏑ _ _ ⏑ ⏑ ⏑ . . . .

. . . . *Οὐκ ἔστιν κακόν*
ἀνεπιδόκητον ἀνθρώποις, ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ
πάντα μεταρρίπτει θεός.

Fr. 60. Aristid. II 513: *κἀτά σε ἀνήρ τις Σιμωνίδειος ἀμείψεται· ὦνθρωπε* κτλ. — *γᾶς* Schneidewin, v. *γῆς*. Fortasse Aristides haec quoque ut alia, quae ibi profert, ex Simonideo epigrammate delibavit:

Ὦνθρωφ', (ὃς . . . .
κεῖσαι ζῶν ἔτι μᾶλλον τῶν ὑπὸ γῆς ἐκείνων.

ut hexametrum binae tripodiae logaoedicae exceperint.

Fr. 61. Theophil. ad Autolyc. II 8: *Σιμωνίδης· Οὔτις ἄνευ θεῶν ἀρετὰν λάβεν, οὐ πόλις, οὐ βροτός· θεὸς ὁ* (Stephanus *οὐ*) *πάμμητις* (legebatur *παμμῆτις*)· *ἀπήμαντον δὲ* (Steph. *τε*) *οὐδέν ἐστιν ἐν αὐτοῖς*. Ita codd. unde Fellus in hexametros redegit: *οὔτις ἄνευ τε θεῶν ἀρετὴν λάβεν, οὐ πόλις, οὔτις οὐ βροτός, οὐ θεός, ὃς παμμῆτις δ' ἐστὶν ἐν αὐτοῖς οὐδὲν ἀπήμαντον*. Ap. Stob. Ecl. Phys. I p. 28 tantum legitur: *οὔτις ἄνευ θεῶν ἀρ. λ. οὐ πόλις οὔτις* (om. A) *οὔ*. Credo duo fragmenta, sed utrumque Simonidis coaluisse. V. 3 et 4 non esse integros apparet: conieci . . . *θεὸς οἷος | πάμμητις· ἀπήμαντον δ'* (*ἄνευθε θεοῦ*) *| οὐδέν ἐστι θνατοῖς*. nisi forte plura intercepta sunt, ac possis uti verbis, quae apud Stob. I 2, 9 ante Simonideum *οὔτις ἄνευ θ.* leguntur *Ζεὺς ὁ καὶ ζωῆς καὶ θανάτου πείρατα νωμῶν* ad haec redintegranda:

Θεὸς ὁ καὶ ζωᾶς (βροτοῖσι) πείρατα καὶ θανάτου νωμῶν
πάμμητις· ἀπήμαντον δ' ἄνευθε θεοῦ
οὐδέν ἐστιν ἐν αὐτοῖς.

Extrema Schneidewin sic conformavit *ἀπήμαντον γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἐν θνατοῖς* (Hermann *ἐν ἀνθρώποις*).

Fr. 62. Theophil. ad Autol. II 37: *Σιμωνίδης· οὐκ ἔστιν κακὸν ἀνεπιδόκητον ἀνθρώποις, ὀλίγῳ* κτλ. Ita libri, Humphreius in versus iambicos redegit:

63. [104.]

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Ἔσχατον δύεται κατὰ γᾶς.

64. [105.]

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Παρὰ χρυσὸν ἀκήρατον ἑφθόν
οὐλομόλυβδος ἐών.

65. [106.] 1141

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Ὁ δ' αὖ θάνατος κίχε καὶ τὸν φυγόμαχον.

66. [107.]

⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑

Ἔστι καὶ σιγᾶς ἀκίνδυνον γέρας.

Οὐκ ἔστ' ἀνεπιδόκητον ἀνθρώποις κακόν,
ὀλίγῳ χρόνῳ δὲ πᾶν μεταρρίπτει θεός.

Theophilus de divini numinis vindicta disserit, at hi versus instabilem esse hominum fortunam docent: ut congruant cum Antiocheni proposito, prorsus refingendi, velut *οὐκ ἔστιν κακὸν* (*κακοῖς*) *ἀνεπιδόκητον ἀνθρώποις· ἄδικον δὲ χρόνῳ πάντα μάρπτει θεός*. Veri similius hos versus, sive Simonidis sive alius poetae, in Anthologio, quo utebatur Theophilus, alieno loco adscriptos fuisse, atque Antiochenum, quem fugit erratum, iis usum esse tanquam commodis ad sententiam institutam comprobandam.

Fr. 63. Plut. an seni respubl. sit ger. c. 1: *Πολιτεία δὲ δημοκρατικὴ καὶ νόμιμος ἀνδρὸς εἰθισμένου παρέχειν αὑτὸν οὐχ ἧττον ἀρχόμενον ὠφελίμως ἢ ἄρχοντα, καλὸν ἐντάφιον ὡς ἀληθῶς τὴν ἀπὸ τοῦ βίου δόξαν τῷ θανάτῳ προστίθησι· τοῦτο γὰρ ἔσχατον* (Naeke coni. *ἐσχάτιον*) *κτλ. ὥς φησι Σιμωνίδης*. Fortasse etiam *τοῦτο γὰρ* poetae est.

Fr. 64. Plut. discrim. amic. et adulat. c. 24: *Τὸν δὲ κρείττονα τρέμει καὶ δέδοικεν, οὐ μὰ Δία παρὰ Λύδιον ἅρμα πεζὸς οἰχνεύων, ἀλλὰ παρὰ χρυσὸν ἑφθόν, ὥς φησι Σ., ἀκήρατον οὐδὲ μόλυβδον ἔχων*. Locus non integer servatus; corrigunt *ἔχοντα*, frustra, scripsi *οὐλομόλυβδος ἐών*. Herwerden *ἄπεφθον* desiderat.

Fr. 65. Stob. Flor. CXVIII 6: *Σιμωνίδου*. — *κίχε καὶ* scripsi, *ἔκιχε τε* AB, *ἔφυκε καὶ* Trinc., *ἔκιχε καὶ* Gaisford. — *φυγόμαχον*, malim *φυγομάχαν*.

Fr. 66. Aristid. II 192: *Ὅρα μὴ λέοντα ξυρεῖν ἐπιχειρῶμεν, οὐ Θρασύμαχον συκοφαντεῖν ἐπιχειροῦντες, ἀλλὰ καμῳδεῖν Περικλέα, καὶ ταῦτα εἰς δειλίαν, ἔπειτ' αὐτοὶ δόξωμεν ἀνδρειότεροι τοῦ δέοντος εἶναι τοῖς βουλομένοις ἀντικατηγορεῖν, καὶ φανῇ τι καὶ δειλίας, εἰ δὲ βούλει, σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας, ὥς τις τῶν Κείων ἔφη ποιητής*. ubi Schol. III 501: *Τὸ δὲ σιωπῆς ἀκ. γ. ἐκ Σιμωνίδους ἐστὶ τοῦ Κίου*.

67. [109.]

. . . ∪ ∪ – ∪ ∪ – –

Πόλις ἄνδρα διδάσκει.

68. [110.]

. . . . ∪ –
– ⏑ ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

. . . . *Ἐπεὶ*
πάσαις κορυδαλλίσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι.

69. [111.] 1142

∪ ⏑ ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –

Τὸ γὰρ γεγενημένον οὐκέτ' ἄρεκτον ἔσται.

70. [116.]

. . . . . ⏑ ∪ ∪ – ∪ ∪ – – ⏑ ∪ ∪
– ⏑ ∪ ∪ – – ⏑ ∪ ∪ – ∪

Stob. Flor. XXXIII 5. *Ἀθηνοδώρου: Ἔστι καὶ τὸ σιγῆς* (Gesn. m. *σιγᾶν*) *ἀκίνδυνον γέρας*, ubi male Athenodoro tribuitur philosopho, rectius Plut. Apophth. Imper. p. 207C refert Augustum retinuisse apud se Athenodorum his verbis: *ἔτι σου παρόντος χρείαν ἔχω· καὶ κατέσχεν αὐτὸν ὅλον ἐνιαυτόν, εἰπών, ὅτι ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας*, quae germana est forma versiculi. Est autem eiusdem carminis, ex quo fr. 65. Conf. Horat. Carm. III 2, 14: *Mors et fugacem consequitur virum* et ib. 25: *Est et fideli tuta silentio Merces.* Usus est hoc versu auctor tituli Romani CIGr. III 6308 *ὁ παυσίλυπος οἶκος οὗτός ἐστιν ἄστομος* (i. e. *mutus*)· *ἔστι δὲ καὶ σιγᾶν ἀκίνδυνον γέρας.* Respiciunt huc Walz Rhet. VIII 119. Clem. Paed. II 203. Strom. II 465. Greg. Nazianz. IV p. 317. Apostol. VIII 97. Arsen. 242. Iulian. Or. I 3. Liban. Decl. XV 1, 445. Philo vit. Mos. 646C.

Fr. 67. Plut. an seni resp. sit ger. c. 1: *Τὸ γὰρ Πόλις ἄ. δ. κατὰ Σιμωνίδην, ἀληθές ἐστιν ἐπὶ τῶν ἔτι χρόνον ἐχόντων μεταδιδαχθῆναι, καὶ μεταμαθεῖν μάθημα.*

Fr. 68. Plut. de util. ex host. cap. c. 10: *Ἐπεὶ δὲ πάσαισι κορυδαλῇσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι κατὰ τὸν Σιμωνίδην.* ubi Mosc. 1. 2 *κορυδαλλίσι.* Idem Praec. Polit. c. 14: *Ἐπεὶ δὲ πάσαις κορυδαλίσι κατὰ Σιμωνίδην χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι καὶ πᾶσα πολιτεία φέρει τινὰς ἐχθρὰς καὶ διαφοράς.* Affert etiam vit. Timol. c. 37: *ἐπεὶ δὲ χρῆν, ὡς ἔοικεν, οὐ μόνον πᾶσι κορυδαλλοῖς λόφον ἐγγίγνεσθαι κατὰ Σιμωνίδην.* Cf. Apostol. III 94.

Fr. 69. Schol. Soph. Ai. v. 375: *Ἐπὶ τετελεσμένοις καὶ ἴασιν οὐκ ἔχουσιν· κατὰ τὸ Σιμωνίδου· Τὸ γὰρ κτλ.* Eadem Suid. v. *τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης.* Respicit Plut. cons. ad Apoll. c. 26 *τὸ μὲν γὰρ γεγενημένον οὐδὲ θεῷ δυνατόν ἐστι ποιεῖν ἀγένητον*, quamquam fortasse simul Agathonis obversati sunt versus ap. Aristot. Eth. Nic. VI 2 *μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.* — *γεγενημένον*, Schneidewin *γεγεναμένον.*

Οὐδὲ καλᾶς σοφίας ἐστὶν χάρις,
εἰ μή τις ἔχει σεμνὰν ὑγίειαν.

71. [117.]

⏑ – ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – –

Τίς γὰρ ἀδονᾶς ἄτερ
θνατῶν βίος ποθεινὸς ἢ ποία τυραννίς;
τᾶς δ' ἄτερ οὐδὲ θεῶν ζαλωτὸς αἰών.

72. [119.]

– – ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑

. . . . *Πορφυρέου*
ἀπὸ στόματος ἰεῖσα φωνὰν παρθένος.

73. [120.]

⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Εὖτ' ἀηδόνες πολυκώτιλοι, 1143
χλωραύχενες, εἰαριναί.

74. [121.]

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – –

Fr. 70. Sextus Emp. adv. Math. XI 556 Bekk.: *Σιμωνίδης μὲν γὰρ ὁ μελοποιός φησι, μηδὲ καλᾶς σοφίας εἶναι χάριν, εἰ μή τις ἔχοι σεμνὴν ὑγιείαν.* Schneidewinum secutus sum, nisi quod *ἐστὶ* adieci. — V. 2. *ἔχει*, Hartung *ἔχῃ* scripsit.

Fr. 71. Athen. XII 512C: *Καὶ οἱ φρονιμώτατοι δέ, φησί, καὶ μεγίστην δόξαν ἐπὶ σοφίᾳ ἔχοντες μέγιστον ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν εἶναι νομίζουσιν· Σιμωνίδης μὲν οὕτως λέγων· Τίς γὰρ κτλ.* — V. 2. *θνατῶν* et v. 3 ζαλωτὸς Stephanus, vulgo *θνητῶν* et ζηλωτός.

Fr. 72. Athen. XIII 604 B: *Ἀναγελάσας ἐπὶ τῷ Ἐρετριεῖ Σοφοκλῆς· Οὐδὲ τόδε σοὶ ἀρέσκει ἄρα, ὦ ξένε, τὸ Σιμωνίδειον, κάρτα δοκέον τοῖς Ἕλλησιν εὖ εἰρῆσθαι· Πορφ. κτλ.* — V. 2. *ἀπὸ* delendum censet Boeckh, fort. leg. *πορφυρέου δ' ἀπὸ στ.* — *ἰεῖσα* Schweighaeuser, v. *ἰεῖσα*, deinde BP *παρθέμενος*.

Fr. 73. Etym. M. 813, 8: *Χλωρηῖς ἀηδών· ἀπὸ τοῦ χρώματος· . . . καὶ Σιμωνίδης· Εὖτ' ἀηδ.* Cf. Schol. Od. *τ* 518 et Eust. 1875, 41. — V. 1. *εὖτ'*, Schneidewin *δεῦτ'* coni. — *πολυκώτιλοι*, Hecker *ποικιλοκώτιλοι*.

Ἄγγελε κλυτὰ ἔαρος ἀδυόδμου,
κυανέα χελιδοΐ.

75. [124.]

. . . . – – ⏑ ∪ – ⏑ ∪ –
⏑ ∪ – ∪ ∪ ∪ – ∪
⏑ ∪ – ∪ ∪ – – ∪ ∪ ∪ –

. . . . *Κούρων δ' ἐξελέγχει νέος*
οἶνος οὐ τὸ πέρυσι δῶρον
ἀμπέλου· ὁ δὲ μῦθος κενεόφρων.

76. [125.]

. . . . ∪ ∪ – ⏑ ⏑ ∪ – – ⏑ ∪ – –

. . . . *Τὸ δοκεῖν καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶται.*

Fr. 74. Schol. Arist. Av. 1410: *Καὶ παρὰ τὰ Σιμωνίδου· Ἄγγελε κτλ.* — V. 1. *κλυτὰ ἔαρος, κλητὰ ἔαρος καὶ* cod. Ven. Ald. — V. 2 affert Schol. Arist. Av. 1301, ubi *χελιδών*.

Fr. 75. Schol. Pind. Ol. IX 74: *Αἶνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Δοκεῖ δὲ τοῦτο πρὸς τὸ Σιμωνίδειον εἰρῆσθαι· ἐπεὶ ἐκεῖνος ἐλασσωθεὶς ὑπὸ Πινδάρου λοιδορίας ἔγραψε κατὰ τοῦ κρίναντος ἀγαθῶν εἰδέον* (Boeckh *ᾠδῶν*, mihi iudicis nomen delitescere videtur, fortasse *Ἀγαθοκλέους*)· *ἐπειδὴ ἐκεῖνος εἶπεν· Ἐξελέγχει ὁ ν. οἱ. οὔπω πέρ. δ. ἁμ. ὁ δὲ μῦθος ὅδε . . . κενεόφρων· κούρων δέ, διὰ τοῦτο ἐπαινεῖ ὁ Πίνδαρος παλαιὸν οἶνον.* Verba male habita aegre restitui possunt. Boeckh delet *κούρων δέ*, quod sit ortum ex schol. sequente, non recte, sed verba necessaria ex loco novissimo in primorem partem transtuli, iam reliqua facili negotio expedire licuit. — V. 1. *νέος* Gerhard, legebatur *ὁ νέος*. — V. 2. *οὐ τὸ* Gerhard, legebatur *οὔπω*, quod fortasse aliquis tueatur, ut Simonides paullo modestius dixerit: nondum ita confectus sum senio, ut mei labores superentur adolescentium rudimentis. — V. 3. *ἀμπέλου*, fort. *ἀμπέλοι'* scribendum. — *ὅδε μυθος*, erat *ὅδε μῦθος ὅδε*. Simonides, cum adolescentulo poetae posthabitus esset, non sine acerbitate castigat Agathoclem eiusque discipulum Pindarum, cui cum magister in certamine musico iudicis officio functus palmam deferret, dixisse videtur veteris Bacchi donum saepe vinci recente vino: regerit Simonides, stultum hoc esse verbum, nam poetarum labores non esse ad hoc exemplum examinanda. — Hartung *ἐξελέγχει δ' ὁ νέος μὲν οἶνος | τὸ πέρυσι δῶρον ἀμπέλου, | ὁ μῦθος δ' ὁ κενόφρων | ἄκυρος* (*μήδεϊ πυκνοτέρῳ*). Ego antea conieci:

. . . · *οὐδ' ἐξελέγχει νέος*
οἶνος ὡς τὸ πέρυσι δῶρον ἀμπέλου·
μῦθος κενεόφρων (sive *κενοφρόνων*) *κούρων ὅδε.*

Fr. 76. Schol. Eur. Or. 236: *Καὶ Σιμωνίδης· τὸ δοκεῖν καὶ τὴν ἀλήθειαν* (AM, *τὰ μάλα θεῖα* Bl) *βιᾶται* et rursus 782: *Εὖχου, φησί, πάντας οὕτω δοξάζειν, ὅτι δίκαιόν ἐστι τὸ πραῦγμα, ἐπεὶ πολλοῖς ἐδόκει ἄδικον εἶναι. Καὶ Σιμωνίδης· Τὸ δ. κ. τὴν ἀλήθειαν βιάζεται.*

77.

Μόνος ἄλιος ἐν οὐρανῷ.

78. [128.] 1144

⏑ – – ⏑ – –

Εἶσ' ἅλα στίζοισα πνοιά.

79. [133.]

– ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –

Οὗτος δέ τοι ἤδυμον ὕπνον ἔχων.

80 A. [147 c.]

– ⏑ – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ – –

Ἕνα δ' οἷον ἔνεικε θεὰ μέγαν εἰς δίφρον.

80 B. [123.]

⏑ – – ⏑ – –

Ἀμερόφων' ἀλέκτωρ.

Adde Platon. Rep. II 365 C: *οὐκοῦν, ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοί, καὶ τὰν ἀλάθειαν* (ita Par. A. Vat. H Vind. EFAmbr. C. Ang. B. Flor. ABCV, *τὰν* vel *τὴν ἀλήθειαν* reliqui) *βιᾶται.*

Fr. 77. Theodor. Metoch. 90: *Καὶ μόνος ἄλιος ἐν οὐρανοῖς φησὶ Σιμωνίδης καὶ μόνος Ἀριστοτέλης καὶ τὰ ἐκείνου συντάγματα πᾶσα πρόθεσις ἐστὶ τοῖς περὶ φιλοσοφίαν.* — *οὐρανῷ* scripsit Schneidewin, sed praeterea videtur *ἐν* delendum. — *ἄλιος*, codd. Angel. Mon. *ἅγιος.*

Fr. 78. Schol. Il. φ 127: *Ἔστιν ἡ φρὶξ κινουμένου τοῦ πνεύματος ἀρχή· Σιμωνίδης δὲ αὐτὴν καὶ δείξαι πειρώμενος οὕτως ἔφη· Ἑς ἅλα στίζουσα πνοιά.* — *εἶσ'* scripsi, nisi *ὡς* malis. — *στίζοισα* Schneidewin. — *πνοιά*, *πνοά* Ursinus.

Fr. 79. Schol. Hom. Il. β 2: *Ὅτι δὲ τὸ νήδυμος μετὰ τοῦ ν καὶ οὐχὶ ἥδυμος, ὡς ἔνιοι, παρὰ τὸ ἡδύς, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· Νήδυμος ἀμφιχυθείς, οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον καὶ χωρὶς τοῦ ν λέγουσιν . . καὶ Σιμωνίδης· οὗτος κτλ.* — *ἤδυμον* Buttmann, *ἄδυμον* Schneidewin, vulgo *ἥδυμος*. Cf. Eust. 163, 28.

Fr. 80 A. Cram. An. Paris. IV 186, 33: *Νίκη· Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχιβίου ὁ ἐνεικεῖ, τουτέστιν ἐν ᾗ ὑποχωρεῖ* (scrib. *ὃ ἐνὶ εἴκει, τουτέστιν ὃ ἐνὶ ὑποχωρεῖ*)· *γέγονεν δὲ κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ε, συγκοπῇ τῆς ει διφθόγγου· ὁ γοῦν Σιμωνίδης παρετυμολόγει* (*παρετυμολογεῖ* Nauck)· *φησὶ γάρ· ἐν δὲ οἱονεικει θεαὶ μ. εἰς δ.* Cf. Cram. An. Ox. I 440, 2: *Χειρὸς κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ε γέγονε, παρὰ τὸ ἔχειν, ὡς παρὰ τὸ ἐνὶ εἴκειν κατὰ Σιμωνίδην νίκη.* In Simonidis versu scripsi *ἕνα δ' οἷον ἔνεικε θεά*, possis coniicere *ἑνὶ δ' οἵῳ Εἴκει θεὰ μέγαν δίφρον*, sed nequaquam necesse est, Simonidem ipso verbo *εἴκειν* usum esse credamus. Hartung *ἐν δ' Οἰνεὺς εἴκει θεᾷ, μέγαν εἰς δίφρον* (*ἐπιβαινούσῃ*).

Fr. 80 B. Athen. IX 374 D: *Σιμωνίδης· Ἰμερόφων' ἀλ.* sed B *ἡμε-*

ΕΛΕΓΕΙΑ.

81.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΝ ΜΑΡΑΘΩΝΙ ΜΑΧΗΝ.

Εἰ δ' ἄρα τιμῆσαι, θύγατερ Διός, ὅστις ἄριστος,
δῆμος Ἀθηναίων ἐξετέλεσσα μόνος.

82.

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεοῦ καὶ πάντα κατορθοῦν.

ρόφων', quod correxit Schneidewin. Ahrens *ἱερόφων'* i. e. *λιγυρόφων'* requirit.

Fr. 81. Aristoph. Pac. 736: *Εἰ δ' οὖν εἰκός τινα τιμῆσαι, θύγατερ Διός, ὅστις ἄριστος Κωμῳδοδιδάσκαλος ἀνθρώπων καὶ κλεινότατος γεγένηται, Ἄξιος εἶναί φησ' εὐλογίας μεγάλης ὁ διδάσκαλος ἡμῶν*, ubi Schol. *Παρὰ τὰ Σιμωνίδου ἐκ τῶν Ἐλεγείων· Εἰ δ' ἄρα κτλ.*· — V. 1. *θύγατερ* Schneidewin, cod. *θυγατέρα*. — V. 2. *δῆμος*, Dübner vel Dindorf *δήμῳ* nescio qua de causa coni. — *ἐξετέλεσσα* Schneidewin, cod. *ἐξετέλεσα*, Hartung *ἐξετέλεσσε* requirit. Resp. huc Auctor vit. Aeschyl. (Biogr. p. 119): *Κατὰ δ' ἐνίους ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνηκότας ἐλεγείῳ ἠσσηθεὶς Σιμωνίδῃ (Αἰσχύλος)· τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαθὲς λεπτότητος μετέχειν θέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐστὶν ἀλλότριον.* — Goettling hoc distichon epigramma esse censet, quod ad *Ἀθηνᾶν Πρόμαχον* refert (in comm. acad. Ienae 1859).

Fr. 82. Scholion ad Gregorii Naz. or. II in Iulianum p. 169 D ex cod. Laurentiano*) edidit Piccolomini vel Kirchhoff Herm. VI 489: *τὸ ἀναμάρτητον, φησίν, ὑπὲρ τοὺς ἀνθρώπους· τὸ δὲ μικρόν τι πταίσαντας ἐπανάγεσθαί τε καὶ διορθοῦσθαι ἀνθρώπων ἐστὶ καλῶν τε κἀγαθῶν. λέγει δὲ καὶ Σιμωνίδης (εἷς δ' οὗτος τῶν θ' λυρικῶν) ἐν ἐπιγράμματι ῥηθέντι αὐτῷ ἐπὶ τοῖς Μαραθῶνι πεσοῦσιν Ἀθηναίων τὸν στίχον τοῦτον· μηδὲν . . . κατορθοῦν.* Quod interpres iste *ἐν ἐπιγράμματι* scripsit, ubi *ἐν ἐλεγείοις* dicendum erat, non offendit, nam alias quoque haec vocabula promiscue usurpantur. Neque fides deneganda tribuenti hunc versum Simonidi, qui legitur in epigrammate facto in memoriam eorum, qui in proelio Chaeronensi ceciderunt apud Demosth. or. de cor. 289 v. 9 sive paenultimo: neque enim temere proelium Marathonium cum pugna Chaeronensi confusum, neque elogium illud Simonidi epigrammatographorum principi adscriptum: nam interpres iste deinde recenset quot Persae quotque Athenienses mortem apud Marathonem obierint, etiam ducem Atticorum vita defunctum nominatim appellat, ut apertum sit locuplete auctore usum hunc versum ad res Medico bello gestas rettulisse. Itaque censendum est, hunc versum scriptorem epigrammatis ex Simonidis elegia ad suum praeconium transtulisse; neque vero mala fraude aliena sibi arrogavit, sed verba Simonidea tunc omnibus nota testimonii loco adhibuit, id quod satis superque arguunt ea, quae his praemissa sunt *ἐπεὶ θνητοῖς ἐκ Διὸς ἥδε κρίσις*. Neque vero existimandum est, integrum hoc distichon ex Simonidis elegia esse delibatum, nam epigrammatographus inflexit Cei

*) Horum scholiorum codicem Parisinum olim examinavit Bast, cuius excerptis usus est Gaisford in ed. Suidae, velut v. *λῆμα*.

83. [8.] 1145

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΝ ΣΑΛΑΜΙΝΙ ΝΑΥΜΑΧΙΑΝ.

Plutarch. vit. Themist. c. 15: *Οἱ δ' ἄλλοι τοῖς βαρβάροις ἐξισούμενοι τὸ πλῆθος ἐν στενῷ κατὰ μέρος προσφερομένους καὶ περιπίπτοντας ἀλλήλοις ἐτρίψαντο μέχρι δείλης ἀντισχόντας, ὡς εἴρηκε Σιμωνίδης, τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ περιβόητον ἀράμενοι νίκην, ἧς οὔθ' Ἕλλησιν οὔτε βαρβάροις ἐνάλιον ἔργον εἴργασται λαμπρότερον, ἀνδρείᾳ μὲν καὶ προθυμίᾳ τῶν ναυμαχησάντων, γνώμῃ δὲ καὶ δεινότητι Θεμιστοκλέους.* Hoc carmen Schneidewin inter *melica* retulit: Suidas enim dicit v. *Σιμωνίδης*· . . . *καὶ γέγραπται αὐτῷ Δωρίδι διαλέκτῳ ἡ Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλεία καὶ Ξέρξου ναυμαχία δι' ἐλεγείας, ἡ δ' ἐν Σαλαμῖνι μελικῶς, θρῆνοι, ἐγκώμια, ἐπιγράμματα, παιᾶνες, καὶ τραγῳδίαι καὶ ἄλλα.* codd. nihil variant, nisi quod E *βασιλέως* pro *βασιλεία* exhibet, at Eudocia 383 meliore libro usa: *καὶ Ξέρξου ναυμαχία· καὶ ἡ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία δι' ἐλεγείας, ἡ δ' ἐν Σαλαμῖνι μελικῶς.* Atque eadem prorsus Schol. Aristoph. Vesp. 1411 ed. Ald. Schneidewin inde colligit Simonidem scripsisse carmen, cui *ἡ Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλεία* fuerit nomen, deinde autem scribit *καὶ Ξέρξου ναυμαχία· καὶ ἡ μὲν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ δι' ἐλεγείας κτλ.* At auctor, quem sequitur Suidas, ut Simonidis aetatem describeret, haud dubie dixerat vixisse poetam *regnantibus Cambyse, Dario, Xerxe.* (Idem significat auctor vitae Pindari p. 98 Westerm.: *ἐπέβαλε δὲ τοῖς χρόνοις Σιμωνίδου ᾗ νεώτερος πρεσβυτέρου· τῶν γοῦν*

poetae decretum, vide quae supra T. II p. 333 exposui. Inde etiam repetenda varietas *θεοῦ*, ubi elogium illud *θεῶν* exhibet. Possit sane aliquis suspicari, cum Gregor. Naz. scripserit *ἐπειδὴ τὸ παντελῶς ἀναμάρτητον ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἔταξεν ὁ θεός* interpretem hominem christianum suo periculo *θεοῦ* pro *θεῶν* dedisse in Simonidis versu, sed *θεοῦ* etiam agnoscit scriptor incertus ap. Suid. v. *συγγνώμονα*, qui Simonidem potius quam elogium usurpavit; huc adde sophistam, qui Phalaridis nomen mutuatus epistolas concinnavit, 129: *τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν εἰκότως ἴσως καὶ δικαίως θεοῦ νομίζεται.* Quod Lysias (Rutil. Lup. II 8) *deorum proprium* substituit, non magis est mirum, quam quod in elogio illo etiam scriptura *θεοῦ* reperitur. — Elegia hac fortasse usus Aristides or. 46, T. II 219: *Πλάτων . . . Μιλτιάδην φησὶ τὸν ἐν Μαραθῶνι, καίτοι τοῦτό ἐστιν ἐγγυτέρω θρήνου τινὸς ἢ μέμψεως, καὶ τιμῶντος μᾶλλον ἢ κακίζοντος, ὥσπερ οὖς Σιμωνίδης εἴωθε τιμᾶν ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν· ὅμως δὲ καὶ Μιλτιάδης μετέχει τοῦ καταλόγου καὶ περιέστηκεν αὐτῷ τὸ τῶν Πλαταιέων τῶν ὑπ' αὐτοῦ τότε κοσμηθέντων· κατηγορίας γὰρ οὐδεμιᾶς αὐτοῦ προειρημένης ἐξ ἀνάγκης τρόπον τινὰ ἀγωνίζεται, διὰ τὸ ἐνεῖναι τοῦνομα ἐν τοῖς διακόνοις αὐτοῦ* (haec ultima non intelligo). Fortasse Simonides in hac elegia Plataeensium, qui soli Atheniensibus auxilium tulerunt, res fortiter gestas in proelio Marathonio duce Miltiade attigit: itaque Aristides hic Plataeensium fortunam cum Miltiadis sorte componit.

αὐτῶν μέμνηνται ἀμφότεροι πράξεων· καὶ γὰρ Σιμωνίδης τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν γέγραφε, καὶ Πίνδαρος μέμνηται τῆς Ξέρξου βασιλείας, quod nequaquam ita explicandum, ac si Pindarus Simonidis aliquod carmen respexerit. Deinde autem auctor ille Simonidis carmina, quae in universum dorica dialecto scripta esse dixit, recensuerat, in his etiam duo carmina, quibus poeta victorias navales ad Artemisium et Salamina reportatas celebraverat: illud certo colligas ex hoc loco haec carmina dispari fuisse forma: iam cum carmen *εἰς τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίαν melicum* fuisse constet, sequitur carmen *εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν elegiacum* fuisse: itaque ille, quem sequitur Suidas, scripserat: *καὶ ἡ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία μελικῶς, ἡ δ' ἐν Σαλαμῖνι δι' ἐλεγείας*. Hoc quoque carmen, quemadmodum id quod praecedit et ut opinor quod sequitur, conditum, cum Athenienses patrio more iusta persolverent civibus, qui in bello ceciderant. Fortasse tunc non ut priore bello certamen poetarum institutum, sed publica auctoritate Simonidi munus demandatum mortuos laudandi.

84. [59.] 1146

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΝ ΠΛΑΤΑΙΑΙΣ ΜΑΧΗΝ.

Μέσσοι δ' οἳ τ' Ἐφύρην πολυπίδακα ναιετάοντες,
παντοίης ἀρετῆς ἴδριες ἐν πολέμῳ.

Fr. 84. Plut. de Herodoti malign. c. 42: *Ἀλλὰ Κορινθίους γε καὶ τάξιν, ἣν ἐμάχοντο τοῖς βαρβάροις καὶ τέλος ἡλίκον ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ Πλαταιᾶσιν ἀγῶνος, ἔξεστι Σιμωνίδου πυθέσθαι, γράφοντος ἐν τούτοις· Μέσσοι κτλ. . . . πατέρων.* (v. 1—6.) *Ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον ἐν Κορίνθῳ διδάσκων, οὐδ' ἅσμα ποιῶν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ' εἰς τὰς πράξεις ἐκείνας ἐλεγεῖα γράφων ἱστόρηκεν.* Duo diversa sunt fragmenta eiusdem elegiae, ut scite animadvertit Blass: nam v. 3 seq. non possunt continuo excipere primum distichon, quandoquidem v. 3 Corinthii fere iisdem verbis recensentur, quibus v. 1; priore disticho poeta locum indicavit, quem Corinthii in acie obtinuerunt, v. 3 seq., postquam proelii descriptio ad finem est perducta, laudat praeter alios Corinthios propter egregia facinora. Praeconii insolentia, solem enim poeta adhibet testem rerum, quae praesente Graecorum exercitu gestae erant, satis arguit, Corinthios statim post proelium Plataeense in varias reprehensiones incurrisse: poeta prudens, cum intelligeret non esse suum delicta sive ducum sive militum, si quae admissa erant elevare vel defendere, invidiam quantum licitum studuit arcere. — Iunghahn, cui Plutarchei libelli fides suspecta est, etiam hos Simonidis versus subditicios esse censet, vel si Cei poetae sint, ludibrii causa has nugas scripsisse, quae redarguere otiosi est hominis. — V. 1. *Μέσσοι*, BE et vett. edd. *μέσσοισι*. — *Ἐφύρην* Schneidewin, BTV *γ' Ἔφυραν*, vulgo *γέφυραν*. — V. 3 et seq. manifesto mendo laborant, sed cura incerta, fortasse scri-

Οἵ τε πόλιν Γλαύκοιο, Κορίνθιον ἄστυ, νέμοντες,
*οἵ * κάλλιστον μάρτυν ἔθεντο πόνων*
χρυσοῦ τιμήεντος ἐν αἰθέρι· καί σφιν ἀέξει
αὐτῶν τ' εὐρεῖαν κληδόνα καὶ πατέρων·
ξεινοδόκων γὰρ ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λάμπων.

---

85. [60.]

(Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί·)
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν· 1147
παῦροι μὴν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
στέρνοις ἐγκατέθεντο· πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ,

bendum *Οἳ δὲ πόλιν . . . νέμονται, οἷον καλλίστων μάρτυν ἔθεντο πόνων χρυσὸν τιμήεντα τὸν αἰθέρι*, ascivi *οἷον* ab Hermanno, *καλλίστων* a Reiskio propositum. Quod Schneidewin scripsit *κύκλον καλλίστων κτλ.*, monendum hanc verborum collocationem a Simonidis arte abhorrere, postea suasit *οἳ καὶ* (ita Ursinus) . . . *χρυσὸν τιμήενθ' ὃς ἐν αἰθέρι*, sermone plus quam pedestri. Ipse olim dubitanter refinxi *οἳ καὶ κάλλιστον μάρτυν ἔθεντο πόλον*, Bamberger coni. *οἷον καλλίστων* vel *οἷων κάλλιστον*. Hartung multa molitus *ξεινοδόκον κρείσσω δαίμον' ἔθεντο πόνων* scripsit. Schmidt *γάνος* pro *πόνων* suasit. — V. 7 adieci ex Apollonio Lex. Hom. 116, 25 *Ξεινοδόκος. . . . ὁ δὲ Πίνδαρος· ξεινοδόκησέν τε δαίμων* (fr. 311)· *ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησεν· καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ* (σ 63)· *Ξεινοδόκος μὲν ἐγώ, ἔδοξέ τισι λέγειν* (*μάρτυρα*)· *φησὶ γοῦν Σιμωνίδης· Ξεινοδόκων δ' ἄριστος ὁ χρ. ἐν αἰθέρι λαμπρός. ἀντὶ τοῦ μαρτύρων. — γὰρ ἄριστος* scripsi, *δ' ὥριστος* Brunck, vulgo *δ' ἄριστος*. Meam emendationem recepit Hartung. — *λάμπων* pro *λαμπρός* exhibent Et. M. 610, 46. Et. Gud. 414, 35 et Zonar. 1415 (Mingarelli codd. Nan. 496), qui eundem versum per errorem Pindaro tribuunt et *ὁ* omittunt.

Fr. 85. Stob. Flor. XCVIII 29: *Σιμωνίδου*. Elegiacum hoc carmen, quod plenum atque integrum esse videtur, non dubitaverunt homines docti Ceo poetae vindicare, mihi a melici consummata arte et ingenio prorsus abhorrere videtur, itaque nescio an potius sit Amorgini, quem praeter iambos etiam elegias scripsisse constat, vide quae dixi vol. 2 p. 441: atque assensus mihi est L. de Sybel. Est autem hoc carmen non solum antiqua simplicitate insigne (velut paucis his versibus *θνητῶν* et *θνητοῖς* ter, *βιότου* bis iteratur, *νέων* v. 6 si integrum est, eadem sententia proximis versibus repetitur), sed etiam protrepticum carminis consilium plane conspirat cum antiquioris Simonidis ingenio. Tamen Plutarchus sive quis alius Homeri vitam scripsit (vide ad v. 2) quando Simonidem cum Pindaro coniungit, melicum poetam, non iambographum dicere videtur, siquidem illi biographi hanc elegiam respexerunt. — V. 1 solus Ursinus habet, in Stobaeo desideratur. — V. 2. Resp. Plut. vit. Hom. 283 ed. Gale: *Ὅμηρον τοίνυν Πίνδαρος μὲν ἔφη Χίον τε καὶ Σμυρναῖον γενέσθαι, Σιμωνίδης δὲ Χῖον*. Cf. vit. Hom. ed. Westerm. 28 (Cram. An. Par. III 98, 13). — *Ἓν δὲ τὸ*, Hecker *Ἓν δέ τι*. — V. 3. *τοίη δὲ*, legebatur *τοιήδε*. — V. 4. *μὴν* scripsi, atque

ἀνδρῶν ἥτε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
θνητῶν δ' ὅφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ·
οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασέμεν οὔτε θανεῖσθαι,
οὐδ' ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδὲ ἴσασιν,
ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότοι' ὀλίγος
θνητοῖς· ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

86. [11.]

* * Οἶνον ἀμύντορα δυσφροσυνάων.

87. [65.]

Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μοῦνος ἔχει.

*88. [67. 68.]

Ἦν ἄρ' ἔπος τόδ' ἀληθές, ὅτ' οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν,
ἀλλά τι καὶ χλεύης οἶνος ἔχειν ἐθέλει·
οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διονύσιον οὐδὲ γίγαρτον.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Simonidis epigrammata, quorum insignes reliquiae ad nos propagatae sunt, inter praeclarissima litterarum Graecarum mo-

ita Meineke et Hermann, vulgo *μιν*. — V. 6. *ἤ τε νέων*, conieci *ἤ τ' ἐνεῶν*. — V. 9. *γηρασέμεν* Vind., *γῆρας ἔμεν* A, *γηρασσέμεν* vulgo, *γηρασκέμεν* Buttmann. Ionici sermonis lex *γηρησέμεν* videtur requirere, quemadmodum *πειρήσειν* dicitur. — V. 10. *οὐδ'*, Hartung *οὔθ'*. — V. 11. *νήπιοι, οἷς* Stephanus et Ursinus, vulgo *νηπίοις*, A *νηπίοισι*, B *νηπυτίοις*. — V. 12. *βιότοι'* Stephanus, *βιότου* vulgo, Ursinus *βιότοιο*, Hermann *βιοτῆς*.

Fr. 86. Ath. X 447 A: *Τοῦτο γὰρ παθεῖν οὐ δύνανται οἱ τὸν κατὰ Σιμωνίδην πίνοντες οἶνον ἀμ. δυσ.* (B *δυσφρόσυνον*), nisi forte *δυσφροσυνᾶν* scribendum, ut sit ex melicis carminibus.

Fr. 87. Stob. Eclog. Phys. I 28: *Σιμωνίδης· Ζεὺς κτλ.* — *πάντων* cod. Grotii, *πάντως* A. Versus hic fortasse epigrammatum reliquiis adscribendus.

Fr. 88. Athen. I 32 B: *Ἦ γὰρ κτλ. ὁ Κεῖός φησι ποιητής*. Fortasse tertius tantum versus Simonideus est, et si omnia Simonidis sunt, dubium an haec cohaereant. — V. 1. *ἦν ἄρ'* Porson, vulgo *ἦ γάρ*. — V. 2. *χλεύης* scripsi, BCDV *λεύχης*, L *λέσχης*. — V. 3. *οὐ γὰρ* Schweighaeuser, libri *οὐδὲ γάρ*.

numenta referenda esse consentiunt periti. Simonides enim praeter ceteros hoc poesis genus illustravit iisque qui post secuti sunt consummatae artis exemplum ad imitandum proposuit. Huc accedit, quod Simonides suam operam illustribus potissimum hominibus temporibusque dicavit, itaque poematia, quae quidem publicis monumentis inscripta fuerunt, rerum bellis Medicis gestarum gravissima suppeditant testimonia. Sed quo iure Simonidi attribuamus epigrammata, quae eius nomine feruntur, in quaestione versatur, quam controversiam cum penitus dirimere non liceat, pro viribus tamen in commentario expedire studui. De singulis epigrammatis cum suo loco dictum sit, nonnulla praemunienda sunt quaestioni, quae plena est inter doctos indoctosque dissensionis.

1.

Qui nuper studiose et naviter de fide et auctoritate epigrammatum disputaverunt, quae Simonidis nomen prae se ferunt, id agunt, ut etiam quae veteres scriptores testificati sunt, tantum non omnia in suspicionem vocent. Hinc igitur ordiendum.

Bellis Medicis confectis et civitates et homines privati, qui gloriosi laboris non fuerunt participes, ambitiose expetebant communionem laudis, qua merito fruebantur, qui fortiter hostiles impetus propulsaverant; inde rerum gestarum memoria fictis titulis vitiata. Quousque ambitio immoderata progressa sit, ostendit Herodotus, narrans IX 85 post pugnam Plataeensem tumulos inanes in memoriam eorum, qui illi pugnae non interfuerant, exaggeratos esse: *τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι καὶ φαίνονται ἐν Πλαταιῇσι ἐόντες τάφοι, τούτους δέ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ τῆς μάχης, ἑκάστους χώματα χῶσαι κεινὰ τῶν ἐπιγινομένων εἵνεκα ἀνθρώπων. ἐπεὶ καὶ Αἰγινητέων ἐστὶ αὐτόθι καλεόμενος τάφος, τὸν ἐγὼ ἀκούω καὶ δέκα ἔτεσι ὕστερον μετὰ ταῦτα, δεηθέντων τῶν Αἰγινητέων, χῶσαι Κλεάδην τὸν Αὐτοδίκου, ἄνδρα Πλαταιέα, πρόξεινον ἐόντα αὐτῶν.* Hoc Herodoti testimonium Plutarchus de maledic. Herod. c. 42 acriter sane et facete perstringit, velut Simonidis ep. 140 inserens quaerit: *μὴ καὶ τοῦτο Κλεάδας ἤ τις ἄλλος, ὦ Ἡρόδοτε, κολακεύων τὰς πόλεις ἐπέγραψεν*; et rursus c. 43 non sine exaggeratione historiarum scriptorem insectatur (*κεινὰ δὲ πολυάνδρια τιμώμενα ἑκάστοις, ψευδῶν δὲ γραμμάτων μεστοὶ τρίποδες ἑστᾶσι καὶ βωμοὶ παρὰ τοῖς θεοῖς*), verum reapse nihil protulit, quo Herodoti fidem in hac quidem memoria elevaret.

Si discrepant qui posterioribus saeculis monumenta bellorum Medicorum recensent Strabo et Pausanias ab Herodoto, neque huius neque illorum de auctoritate addubitandum aut veri simile post Herodoti aetatem faciem illorum locorum, qui egregiorum quondam facinorum testes fuerunt, penitus immutatam esse. Monumenta ac tumuli, quos viderunt Strabo et Pausanias, iam Herodotus novit, sed quia diligenter sciscitatus elogia publica auctoritate inscripta ab iis, quae postea addita sunt, segreganda esse intellexit, haec quidem praetermisit. Hic igitur dissensus Herodoti fidem planissime confirmat.

Herodotus Thermopylis tria elogia, Peloponnesiorum, Spartanorum, Megistiae vatis, Amphictyonum auctoritate pilis inscripta fuisse memoriae prodidit VII 228. At Strabo IX 425 quinque pilas in communi sepulcro positas esse tradit et Locrorum elogium adhibet: *καθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπὶ τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ.* Accedit elogium Thespiensium, quod Stephanus Byz. v. *Θέσπεια* adscripsit: *καὶ ἐπίγραμμα τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν, ἦν δὲ Φιλιάδου τοῦ Μεγαρέως·*

ἄνδρες, τοί ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος,
λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος.

Quamquam enim Thespienses etiam proelio Plataeensi interfuerunt (Herod. IX 30), hoc tamen epigramma non dubito ad Thermopylensem pugnam referre, in qua Thespiensium virtus singularis enituit.*) Itaque quinque recuperavimus epigrammata, ac totidem columellas sitas esse auctor est Strabo. Sed ambigas, utrum Strabo monumenti, quod Simonidis consilio Megistiae honori dedicatum est, rationem habuerit necne: equidem antea (p. 1149 ed. 3) hanc quaestionem in medio reliqui, sed Locrenses si tituli honorem impetraverunt, etiam Phocensium desideriis satis factum esse verisimile; quinta igitur columella fuit Phocensium: huc denique accessit Megistiae monumentum.

Ut Herodoti et Strabonis inter se dissentientium testimonia

---

*) Elogium non integrum servatum; bina olim fuisse videntur disticha, quemadmodum epigramma in Megistiae honorem quattuor versibus constat: duo tituli (Sim. ep. 91. 92) duobus versiculis occisorum laudes comprehendunt, tertium (ep. 93) utrum distichon an tetrastichon fuerit incertum, vid. adn. Recepi v. 1 Brunckii emendationem, nam in libris est *ἄνδρες θ' οἵ*, quam lectionem si sequimur, alius gentis nomen in exordio carminis memoratum fuisse statuendum: at Thespienses Thebanorum societatem parum honorificam aversatos esse consentaneum est.

conciliarem, antea scripsi, Herodotum videri praecipua tantum delibavisse, omissis, quae ipsi minus gravia videbantur. At Simonidis opera cum usi sint Amphictyones, omnia elogia, quae quidem tunc publica auctoritate pilis inscripta sunt, ab hoc poeta suppeditata esse consentaneum: at Thespiensium elogium Philiadi Megarensi attribuitur, neque quidquam causae est, cur Stephani testimonio fidem derogemus. Igitur a principio praeter Megistiae monumentum duae tantum pilae Peloponnesiorum et Spartanorum memoriae fuerunt consecratae. Amphictyones igitur Spartanorum importunitati ac superbiae obsecuti Thespienses, quorum virtus Spartanis aequiparanda fuit, suo honore fraudaverunt: de hac iniuria merito conquesti Thespienses postea impetraverunt, ut sibi liceret columellam in communi sepulcro excitare, neque iam poterant Amphictyones Locrensibus aut Phocensibus eum honorem invidere.*) Ita iuste petentibus satis factum, non vanitati aut arrogantiae Graecarum gentium obtemperatum. Sed Herodotus haec additamenta non curavit.

De sepulcris ad Plataeas haec scribit Pausanias IX 2, 5: *κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον μάλιστα τὴν ἐς Πλάταιαν τάφοι τῶν πρὸς Μήδους μαχεσαμένων εἰσί· τοῖς μὲν οὖν λοιποῖς ἐστὶν Ἕλλησι μνῆμα κοινόν· Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς· οὐ πόρρω δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων Διός ἐστιν Ἐλευθερίου βωμός· τοῦτο***) μὲν δὴ χαλκοῦ, τοῦ Διὸς δὲ τόν τε βωμὸν καὶ τὸ ἄγαλμα ἐποίησαν λευκοῦ λίθου.* Quae periegeta summatim perstrinxit, Herodotus IX 85 pluribus exponit: *οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς ἐν Πλαταιῇσι τὴν λεῖην διείλοντο, ἔθαπτον τοὺς ἑωυτῶν χωρὶς ἕκαστοι.* Lacedaemonios tria fecisse sepulcra (*τριξὰς θήκας* h. e. *εἰρένων*, reliquorum Spartiatarum, Helotarum): tum pergit *Τεγεῆται δὲ χωρὶς πάντας ἀλέας· καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἑωυτῶν ὁμοῦ, καὶ Μεγαρέες τε καὶ Φλιάσιοι τοὺς ὑπὸ τῆς ἵππου διαφθαρέντας· τούτων μέντοι πάντων πληρέες ἐγένοντο οἱ τάφοι.* Quae Herodotus de tribus Lacedaemoniorum tumulis tradit haudquaquam pugnant cum

---

*) Locrorum et Phocensium antea nullam habuisse rationem videntur, quoniam proximo anno Persarum signa secuti sunt (Herod. IX 31), at Thespiensibus insignita iniuria facta.

**) *τοῦτο* scripsi, quod ad monumentum (*μνῆμα*) referendum, libri *τοῦτον*, perperam corrigunt *τούτους* i. e. *τάφους*, at tumulos aheneos quis unquam excitatos esse audivit? Paulo ante *ὁ δὲ Κιθαιρὼν τὸ ὄρος Διὸς ἱερὸν Κιθαιρωνίου ἐστὶν* vel scripturae varietas *Κιθαιρωνίας* aliquid interceptum esse arguit, scribendum *Διὸς ἱερὸν Κιθαιρωνίου καὶ Ἥρας Κιθαιρωνίας*, cf. Plut. Aristid. c. 11 et Eurip. Phoen. 24.

verbis Pausaniae, qui plures fuisse tumulos dilucide testari brevitatis gratia noluit. Item uterque dicit Athenienses suos seorsim terrae mandavisse, at dissentiunt de ceteris gentibus. Pausanias haud dubie erravit, his commune sepulcrum vel potius monumentum tribuens: si in hoc tumulo μνῆμα χαλκοῦν positum fuisset, socii maiore honore forent affecti quam Lacedaemonii et Athenienses. Hoc monumentum, quod Pausanias unus memoravit, Graecos in memoriam victoriae Plataeensis excitavisse credo, fuit igitur μνῆμα Ἑλλήνων κοινόν. Pausaniae error videtur inde repetendus, quod circa hoc monumentum tumuli ceterarum gentium erant siti: titulum enim huic monumento non fuisse subiectum arguit Plut. vit. Aristid. 19, qui cum contra Herodotum disserens adhibuerit epigramma in ara Iovis Liberatoris inscriptum, huius monumenti titulum non praetermississet*): nam commode poterat uti Plutarchus hac inscriptione, qua planum fiebat hoc monumentum aut ab omnibus Graecis in proelii memoriam aut honori reliquorum sociorum dedicatum esse.

Omisso igitur Pausaniae testimonio Herodoto confidimus a singulis gentibus mortuos seorsim sepultos esse: recenset autem praeter Lacedaemonios et Athenienses tumulos Tegeatarum, Megarensium, Phliasiorum**), aperte professus aliorum monumenta postea addita esse, velut Aeginetarum.***) Sed hic quoque non tam vanitas Graecorum, quam Pausaniae et Lacedaemoniorum insolentia culpanda, qui videntur compluribus gentibus tituli honorem invidisse: in Aeginetas certe non cadit opprobrium, quod Herodotus omnibus his facit (ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπιστοῖ τῆς μάχης), namque ipse Herodotus eorum copias in acie recenset IX 28, adde IX 79 et 80. Fortasse nullus Aegineta in ipso proelio occisus, ut eorum copias prorsus integras ex hoc gravissimo bello discessisse non est verisimile. Ipse Herodotus IX 70 recenset quot Spartani †), Tegeatae, Athenienses in proelio mortem obierint, IX 69 Megarensium et Phliasiorum plurimos in pugna

---

*) Plutarchum Chaeronensem, qui urbis et agri Plataeensium antiquitates diligentissime investigavit, haec loca visitavisse certum est.

**) Horum nomina pilae ostentabant, elogia utrum addita fuerint necne, incertum, nam Herodotus de epigrammatis tacet, Pausanias tantum Simonidis carmina Atheniensium et Lacedaemoniorum sepulcris adscripta memorat. Sed verisimile has quoque pilas elogio non caruisse, cf. ad Simon. ep. 102. 103.

***) Verba Herodoti supra p. 429 et 427 adscripsi.

†) Helotarum occisorum numerum, quem haud exiguum fuisse par est, Herodotus non indicavit.

equestri cecidisse testificatur. Plutarchus, qui in vita Aristidis c. 19 numerum ab Herodoto IX 69 proditum memorat, iure haec addit: *θαυμαστὸν οὖν τὸ Ἡροδότου, πῶς μόνους τούτους φησὶν ἐς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις, τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων μηδένα· καὶ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν πεσόντων μαρτυρεῖ καὶ τὰ μνήματα**) *κοινὸν γενέσθαι τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸν βωμὸν οὐκ ἂν ἐπέγραψαν οὕτως, εἰ μόναι τρεῖς πόλεις ἠγωνίσαντο, τῶν ἄλλων ἀτρέμα καθεζομένων.* Prorsus enim incredibile de tot tantisque sociorum copiis neque prioribus proeliis neque in ipso discrimine ullos interemtos esse. Civitates praeter fas suo honore orbatae, cum de iniuriis conquererentur, postea impetraverunt tumuli et elogii decora, ac fortasse etiam indigni velut Elei et Mantinenses in honoris societatem pervenerunt.

Qui primi epigrammatis clarorum poetarum colligendis operam dederunt, saepe vel incertam secuti coniecturam, vel mystagogorum memoriae nimis faciles aures praebentes aliena carmina interseruerunt, neque tamen existimandum eos per omnia summa levitate hoc munere functos esse. Non defuerunt, qui religiose poetarum nomina investigarent, id quod docet epigramma Thermopylis in Thespiensium tumulo inscriptum (vid. supra p. 428). Neque Simonidi hoc elogium adscripserunt, quod proclive erat, neque Thespiensi alicui poetae, gratificaturi ambitioni civitatis, quam iure *μουσοφίλητον* Corinna dixit, sed Philiadi Megarensi, homini peregrino neque nominis claritatem adepto, hos versiculos vindicarunt, plane ut appareat, non levibus suspicionibus indulsisse, sed idoneorum testium auctoritatem secutos esse. Nam quamvis Simonides praecipue egregia illa facinora praeconio suo illustraverit, tamen alii quoque memoriam illius saeculi epigrammatis propagaverunt, vid. Aristid. II 209 *ὥστε τοῖς προτέροις ἔργοις ἐκπεπληγμένων τῶν ποιητῶν τοῖς ὅτ' εἰσήεσαν οἱ βάρβαροι πραχθεῖσιν, ὅμως τις ὕμνησεν αὐτῶν εἰς ταῦτα ὕστερον.***)

2.

De Simonidis epigrammatis largam disceptandi materiam praebent quaestiones, quas Iunghahn edidit Berol. 1869 et quae

---

*) Monumenta dicit in tumulis, quos inanes fuisse auctor est Herodotus, posita, quae Plutarchi aetate etiam tunc integra servata erant.

**) Cavendum est ne quotquot epigrammata eius aetatis servata sunt, uni Simonidi vindicentur; velut distichon ap. Harpocr. p. 160: *ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν τόνδ' ἀνέθηκαν Βουλῆς καὶ δήμου δογμασι*

illius exemplum secutus Kaibel scripsit (in Mus. Rhen. XXVIII 436 seq. et in Iahnii Annalibus 1873), quorum opera potissimum in eo est posita, ut germana carmina Simonidis secernantur ab iis, quae huius poetae nomen falso prae se ferunt. Hoc quam arduum sit negotium norunt periti; ceterum Iunghahn quamvis difficillimae quaestioni expediendae impar, certe industriae laude non est fraudandus. Et hoc quidem loco potissimos errores redarguam, de ceteris, et si quid probabiliter disputaverunt, quantum satis est dicetur in commentario.

Iunghahn Simonidi omnia epigrammata abiudicat, in quibus pronomen *οὗτος* est *δεικτικῶς* dictum. Sane constat hac vice plerumque *ὅδε* fungi, cum *οὗτος* fere sit *ἀναφορικόν*, sed iam veteres grammatici animadverterunt, eadem passim promiscue usurpari, velut Apollonius Dysc. de pron. 333 eos reprehendit, qui negabant *ὅδε* etiam *ἀναφορικῶς* adhiberi.*) Idem error veri tenet Iunghahnium, qui contendit comicos quidem poetas, velut Aristophanem, pronomen *οὗτος δεικτικῶς* usurpavisse, sed ab antiquioribus hunc usum esse alienum, argutias interpretandi machinatus, ut removeret, quae huic legi obstare vidit. Apud Pindarum Ol. IV 26 victor cum pervenisset ad curriculi terminum, *οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι* dicit, quod Apollonius de pron. p. 332 composuit cum Homerico *ἔνδον μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγώ*.**) Quod si novae legi obtemperandum, actum est de hoc carmine, sed non credo quemquam eo audaciae progressurum, ut Pindaro abiudicet poema. Nihil agit Iunghahn, qui p. 11 nescio quibus interpretandi machinis usus Homericorum carminum exempla, quae ipsius doctrinae adversantur, removere conatur, velut Il. *Ψ* 618 *τῇ νυν καὶ σοὶ τοῦτο, γέρον, κειμήλιον ἔστω* et alia id genus, item *K* 341, ubi Ulixes conspicatus speculatorem compellat Diomeden *οὗτός τις, Διόμηδες, ἀπὸ στρατοῦ ἔρχεται ἀνήρ,*

πειθόμενοι potuit quilibet pangere neque necesse est, hoc negotium mandatum esse Simonidi, quamvis Themistocle familiariter sit usus.

*) Homerico versu Od. *α* 185 *νηῦς δέ μοι ἥδ' ἕστηκεν* usus addit: *μεμπτέοι γὰρ οἱ ψιλῶς ἀναγνόντες, ἵνα ὁ καὶ νοῆται, ὑπολαμβάνοντες αὐτὴν δεικτικῶς μόνως τίθεσθαι.* Schol. Hom. *τὸ ἥδε ἀναφορικῶς εἴρηκεν ἀντὶ τοῦ δεικτικῶς*, itaque Herodianus *ἥδε* scribendum esse praecepit: *ἔστι γὰρ ἀντωνομία ἀναφορική.* Neque vero inde conficiendum placuisse grammaticis circumflectere *ἥδε, τῆνδε, οἵδε, τοῦσδε* ibi tantum, ubi pronomen sit *ἀναφορικόν*, sed eodem tenore etiam *δεικτικὸν* insigniverunt.

**) Recte schol. Pindari *τὸ οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι δεικτικόν* vel *εἶπε δεικτικῶς οὗτος ἐγώ*. Iunghahn maluit recentiores interpretes sequi.

vel *K* 82 *τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος*;*) ut praetermittam Homeri et Hesiodi locos, in quibus hoc pronomen praenotat proxima, velut Od. *α* 159 *τούτοισιν μὲν ταῦτα μέλει κίθαρις καὶ ἀοιδή*.

Atque isti legi obsequium renuntiandum esse ostendunt etiam tituli in artis operibus inscripti, velut in antiquissimo Graecae artis monumento, in cista, quae Cypseli dicitur, hi versus legebantur (v. Pausan. V 18 et 19):

*Λατοίδας οὗτος τάχ' ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων.***)*
Ἄτλας δ' οὐρανὸν οὗτος ἔχει, τὰ δὲ μᾶλα μεθήσει.
Ἰφιδάμας οὗτός γε, Κόων περιμάρναται αὐτοῦ.
Οὗτος μὲν Φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁ δ' ἔχων Ἀγαμέμνων.

contra *ὅδε* semel comparet:

Ἑρμείας ὅδ' Ἀλεξάνδρῳ δείκνυσι διαιτῆν.

Haec epigrammata Pausanias Eumelo epico poetae attribuit, quod sane incertum, sed Iunghahnio hoc vetustum artis monumentum ad Periclis aetatem ex imperio referenti nemo adsentiet.***) In Achaeorum monumento Olympiae legebatur (Paus. V 25, 10)

τῷ Διὶ τἀχαιοὶ τἀγάλματα ταῦτ' ἀνέθηκαν
ἔγγονοι ἀντιθέου Ταναλίδα Πέλοπος.

Onatas, Simonidis et Pindari aequalis, se fecisse testatur: *πολλὰ μὲν ἄλλα σοφοῦ ποιήματα καὶ τόδ' Ὀνάτα ἔργον, ὃν Αἰγίνᾳ γείνατο παῖδα Μίκων.*†) Aliquanto recentior titulus scriptus ille

---

*) Sed Il. *K* 477 *οὗτος*, quamvis *ἰδὼν Διομηδέϊ δεῖξεν* praecesserit, pronomen non *δεικτικόν*, sed *ἀναφορικὸν* est. Item Il. *Γ* 178, ubi Helena dicit *οὗτός γ' Ἀτρείδης*, nam referendum ad v. 167, ubi Priamus sciscitatus erat *ὅστις ὅδ' ἐστὶν Ἀχαιὸς ἀνήρ*: eademque ratio ib. v. 200 et 229. Neque *κεῖσ' οὕτως* Il. *Φ* 184 aliter explicandum, sed *ταύτῃ* apud Theognidem v. 717 est *δεικτικόν*.

**) Legendum est *οὗτός γε* vel *γα Ϝάναξ*. Pausanias ipse litteras obscuras non recte dignovisse videtur, quod alias quoque accidit, velut VI 10, 5 legit, si libris fides, *τέχναν εἰδότες ἐκ προτέρων*, ubi *ἐκ πατέρων* opinor scriptum fuit.

***) Non usus sum titulo, quem perhibebant mystagogi Amphitruonis thalamo additum esse, Paus. IX 11, 1: *Ἀμφιτρύων . . . θάλαμόν τ' εἰλίξατο τοῦτον ἑαυτῷ*, ubi *εἰλίξατο* plane ineptum, videtur *τεἰδ' εἴσατο* fuisse.

†) Quod ibidem Onatas in Thasiorum donario de se *αὐτὸς ἐν*

quidem *ἀρχαίοις γράμμασι* (Paus. V 22, 3) in Apolloniatarum donario, quod Lycius Myronis filius fecit:

οἳ γᾶς τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος ἐνθάδε ταῦτα
ἔστασαν σὺν θεοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

His addo titulum Melium valde antiquum (CIGr. I 3), qui etiamnunc extat:

παῖ Διός, Ἐκφάντῳ δέξαι τόδ' ἀμενφὲς ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

ubi *τόδε ἄγαλμα* dicitur donarium, quod haud dubie columnae olim fuit impositum, *τοῦτο* est titulus, quem exhibet columna striata.*) Item Tegeaticum epigramma (Sch. Eurip. Hippol. 263) haud dubie antiquum:

ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν,
μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Neque desunt exempla orationis pedestris, velut est in titulo, quem regis Psammetichi mercenarii Psampoli in colossi femore insculpserunt: *Βασιλέος ἐλθόντος ἐς Ἐλεφαντίναν Ψαμ(μ)ατίχου ταῦτα ἔγραψαν.* Item in vasculo (Annal. Inst. Archaeol. VII 238 seq.) ubi hirundinis adventum homines Attici his vocibus celebrant: *ἰδοῦ χελιδών. νὴ τὸν Ἡρακλέα. αὐτηΐ. ἔαρ ἤδη.* quem titulum antiquum esse satis testatur *ἀρχαία σημασία*, quam vasculum exhibet.

Vicissim *τόδε* haud raro *ἀναφορικῶς* pro *τοῦτο* dici solet, velut apud Hom. Od. *α* 183, ubi interpretes Apollonium sequi debebant, item ap. Hesiodum Op. 297 *ὅδ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ*, hoc et similibus locis Schaefero auctore nostri ὁ δ' scribere solent, non recte. Eundem usum testificantur vetusta epigrammata, quemadmodum legitur in Corcyraeo titulo: *υἱοῦ Τλασίϝο Μενεκράτεος τόδε σᾶμα, Οἰανθέος γενεάν· τόδε δ' αὐτῷ δᾶμος ἐποίει·* . . . . *σὺν δάμῳ τόδε σᾶμα κασιγνήτοιο πονήθη.* item in alio: *σᾶμα τόδ' Ἀρνιάδα· χαροπὸς τόνδ' ὤλεσεν Ἄρης βαρνάμενον παρὰ ναυσίν.* Item in titulo quem Ol. 79 proxime ante Simo-

---

Αἰγίνῃ δώματα ναιετάων perhibet, corrigendum *νάσῳ ἐν Αἰγίνᾳ*, quemadmodum legitur VIII 42, 9, nam artifex idem distichon etiam Hieronis monumento subscripsit.

*) Boeckhii lectionem, non interpretationem sequor.

nidis obitum Cimon et collegae in memoriam rerum ad Strymonem prospere gestarum pilis inscripserunt: *ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλης ἀρετῆς· μᾶλλόν τις τάδ' ἰδὼν καὶ ἐπεσσομένων ἐθελήσει ἀμφὶ περὶ ξυνοῖς πράγμασι δῆριν ἔχειν.* Quos titulos debebat Iunghahn, ut id quod posuit tueretur, pariter in fraudis suspicionem vocare.

Sed certis indiciis convici nullam esse quam Iunghahn scripsit legem: non novicius est hic pronominis *οὗτος* usus, poetae a principio haec solent variare: quod *ὅδε* multo frequentius legitur quam *οὗτος*, non est mirum: etenim *οὗτος* et quae inde declinata sunt trochaei vel spondei modum explent et gravitate numeros retardant; at *τόδε*, *τοῦδε* ceteraeque formae, cum duorum vel trium sint temporum, volubile ac rotundum reddunt orationis flumen. Comici poetae, qui communis vitae consuetudinem sequuntur, minus hoc curant ac frequentant *οὗτος*.

Usus est pronomine *οὗτος* Anacreon ep. 102, quod suo loco a Iunghahnii et Kaibelii criminationibus vindicavi, igitur Simonidem quoque illi aetate proximum non plane abhorruisse ab eo vocabulo verisimile est, quod in quattuor epigrammatis 98, 129, 134, 135 deprehendimus, quae omnia eo nomine Iunghahnio sunt suspecta,*) ut obelo notare non dubitaverit. Ep. 98 quamquam antiquum elogium et ep. 129 novicium poematium segreganda censeo, sed aliis usus argumentis; contra ep. 134 et 135 propter *ταῦτ' ἀπὸ* et *ταῦτ' ἀνέθεν* haudquam Simonidi sunt abroganda.

3.

Iunghahn cum antiquis poetis pronomine *οὗτος* interdixisset, Simonidi cum alia epigrammata abiudicavit, tum 98 et 134 utrumque Corinthiis scriptum; assensus est Kaibel et pro virili parte inventum firmare et consummare studuit. Utuntur utroque epigrammate Plutarchus et Dio Chrysostomus Corinthiorum causam adversus Herodoti criminationes agentes. Iam cum et Plutarchi librum *περὶ κακοηθείας Ἡροδότου* et Dionis *Κορινθιακὸν* critici evicerint *ψευδεπίγραφα* opuscula esse, fraudis suspicio adhaeret etiam his duobus epigrammatis, quae praeterea nusquam

*) Quintum his adiungit Iunghahn ep. 184, quod unus Schneidewinus tueri studuit, ego novicium carmen Leonidae attribui.

leguntur, nisi quod in Anthologiam recepta sunt, cuius nulla est auctoritas: sed eadem fraudis suspicio cadit etiam in reliqua epigrammata Corinthiis scripta, tam ea, quae istis pseudepigraphis libellis solis accepta referimus, quam quae alii praeterea testificantur, ep. 96, 97 (etiam Aristides eiusque schol. novit), ep. 137 (ex Chamaeleonte descriptum, nam quod Theopompus testificari videtur, errorem subesse credo),*) denique vel maxime suspecta sunt Atticum *ἀδέσποτον* (in quo *ταῦτα* deprehendimus) 135 et Naxiacum 136, utrumque enim legitur in libello de malignitate Herodoti, quamquam ep. 135 etiam Plutarchus in vita Themistoclis testificatur. Culpandus autem inprimis is, qui Plutarchi personam gerit, nam inde haec carmina petiit, qui Corinthiacam scripsit orationem. Contendunt autem non solum omnia haec carmina falso Simonidi adscripta, sed omnino artis expertia et novicia esse, sed ad quod saeculum referenda sint, noluerunt aperire. Si, quod illi censent, auctor ep. 134 revera scripsit *ὅπλ' ἀνέθεντο Λάτοῖ*, quod vitium vix Byzantino magistello est condonandum, et epigrammata et pseudepigraphi isti libelli indigni omnino sunt, qui Graecarum litterarum monumentis adscribantur.

Scilicet multi, si qui liber criticis visus est falso inscriptus esse, tanquam subditicium et manifestae fraudis convictum omnino eximendum numero censent. Pythagoreum, qui Timaei personam induens de anima mundi libellum concinnavit, iure doli mali insimulaveris; sed multa sunt pseudepigrapha scripta a fraudis suspicione omnino aliena: libellus de republica Atheniensium, qui perperam Xenophontis nomine fertur, si quis alius antiquus et germanus est, item libellus praeclarissimus *περὶ ὕψους*, qui Longino, vel *περὶ σχημάτων*, qui Herodiano grammatico vulgo adscribitur, aliique multi. In hunc numerum etiam isti libelli referendi sunt, siquidem opusculum *περὶ κακοηθείας Ἡροδότου* Plutarcho est abiudicandum, quod haudquaquam est exploratum: nam quamquam acrimonia, qua Herodoti invidia et malevolentia castigatur, passim malitiae haud expers est, id quod a moribus et ingenio Plutarchi alienum esse videtur, non tamen propterea ausim librum Chaeronensi abiudicare: nam cetera indicia, quibus quis fortasse utatur, minus etiam reprobando opusculo sufficiunt, de quo satis iniquum iudicium tulit Iunghahn, decla-

*) Ep. 112 item Corinthiacum, quod una Anthologia propagavit, segregant, credo quod a rebus Medicis alienum.

matoris, non historici esse confidenter pronuntians. Difficillimum est, eum, qui adversarii partes suscepit, iudicii aequitatem per omnia servare, sed neque eruditionem neque fidem desiderabit, qui circumspecto iudicio examinaverit libellum. Neque malae fraudis suspicio cadit in Corinthiacam orationem, quam Emperius suo iure negavit Dionis esse, sed quod Favorino attribuit, mihi quidem non persuasit. Neque alter alterius libro usus est; quod dictitant personatum Dionem epigrammata ex Plutarchi libello petiisse, nego ac pernego: obstat huic opinioni non solum insignis scripturae varietas, quam passim deprehendimus, sed etiam id quod sophista Simonidi attribuit carmina, quae sine poetae nomine adhibuit Plutarchus.*) Usus est uterque editione Simonideorum carminum; quod si aliena epigrammata in hanc recepta fuerunt, malae fraudis neque eos, qui primi hanc syllogen condiderunt, nedum eos insimulabimus, qui his auctoribus confisi subditicia pariter atque germana testimonii loco proferunt.

4.

Simonidi attribuuntur tria elogia pilis olim inscripta prope Thermopylas in memoriam Peloponnesiorum, Spartanorum, Megistiae vatis (Simon. ep. 91, 92, 94), neque quisquam criticorum ausus est poetam de possessione deiicere: solus Kaibel confidenter derogat Simonidi ep. 91 et 92, incertae admodum auctoritatis ep. 94 esse contendit, auctore usus Herodoto, qui gravissimus est testis; nam ceteri novicii sunt. Herodotus ubi tria elogia adscripsit, haec addit: *ἐπιγράμμασι μέν νυν καὶ στήλῃσι ἔξω ἢ τὸ τοῦ μάντιος ἐπίγραμμα Ἀμφικτύονές εἰσι σφεας οἱ ἐπικοσμήσαντες, τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας.* Unde Kaibel conficit, ignorari, quo iure ep. 94 Simonidi attribuerit Herodotus, quandoquidem in monumentis poetarum nomina epigrammatis non sint addita; illud certum esse et exploratum, historiarum scriptorem nihil accepisse de auctore ep. 91 et 92; itaque cum tria carmina eodem tempore monumentis incisa sint, et duorum elogiorum auctor iam Herodoti saeculo ignotus fuerit, consentaneum esse, non scripsisse Simonidem, cui tertium (94) tribuatur: nam quae

*) Fortasse quispiam comminiscatur, sophistam traditam scripturam suo periculo immutavisse et Simonidis nomen addidisse, ne Plutarchum expilasse coargui posset: per me licet hac interpretatione utantur, qui calumniatoris, non boni iudicis partes suscipiunt.

Herodotus indagare nequiverit, neque eos, qui post vixerint, investigare potuisse, nedum nobis licere: nullius igitur momenti esse si qui novicii auctores, velut Cicero vel Aristides, Simonidi haec vindicent. Sed fundamentum huius argumentationis subruendum est. Putat enim Kaibel Herodotum nescire nomen poetae, quod reticuerit. Historiarum scriptores et oratores saepenumero carminum, quae in publicis monumentis inscripta fuerunt, testimonio utuntur, sed nusquam poetarum nomina adiiciunt; nam carmen quis scripserit, nihil refert, titulus monumenti in medio positi satis superque habet auctoritatis. Itaque Herodoti silentium, quo tanquam fundamento Kaibelii disputatio nititur, nullius est momenti ad hanc quaestionem solvendam. Uno hoc loco praeter solitum poetae fit mentio, quoniam amici mortui memoriam pila ac titulo honoravit.*) Amphictyones, qui gentibus gloriosi certaminis participibus tituli honorem denegaverunt, si haud gravate Megistiae privato homini concesserunt, gratificati sunt Simonidi, qui cum Amphictyonum rogatu publica monumenta versibus suis ornavisset impetravit, ut pietati erga defunctum amicum satisfacere sibi permitterent. Certum igitur exploratumque est Simonidem tria haec elogia condidisse.

5.

Deinde Kaibel speciem Simonidei epigrammatis delineavit, non Cei poetae carminibus adhibitis, quorum suspecta omnino est fides, sed titulis antiquis, qui lapidibus incisi etiam nunc extant. Ad hanc normam examinans quae Simonidis feruntur epigrammata facili negotio existimat germana a subditiciis segregari posse, neque mirum si denique eo devenit, ut tantum non omnia Simonidi abiudicaret: nam pauca admodum ad perpendiculum isti regulae respondent, velut epitaphium 118:

---

*) Herodotus Simonidem monumenti auctorem, non elogii scriptorem dicit, privati hominis monumentum, quod amicus defuncto excitavit, segregans a publicis gentium monumentis. Poetam vero, qui primus hoc poesis genus praeclarissime illustravit, quando amici tumulum epitaphio decorat, non aliena opera usum esse consentaneum. est. Herodoti locum importuno librariorum additamento *ἐπίγραμμα* auctum esse non animadverterunt critici; *τὸ τοῦ μάντιος* est sepulcrum sive tumulus (*σῆμα*).

Σῆμα Θεόγνιδος εἰμὶ Σινωπέος, ᾧ μ' ἐπέθηκεν
Γλαῦκος ἑταιρείης ἀντὶ πολυχρονίου.

vel donaticum 158:

Κρὴς Ἄλκων Διδύμου Φοίβῳ στέφος Ἴσθμι' ἑλὼν πύξ.

Atque haec cum sint et exilia et in Anthologia, cuius vacillat auctoritas, tradita, Simonide principe poetarum vix digna videntur. Rursus si quod amplius est carmen ac nitore commendabile, suspicioni est obnoxium, quoniam abhorret a simplicitate, quam omnia antiqua epigrammata in lapidibus obvia prae se ferunt.

Quamvis στηλοκόπαι nostri plurima investigaverint poematia, tamen eorum, quae ad Simonidis saeculum vel ulteriora tempora sint referenda, exiguus est numerus: atque haec quidem fere omnia privatis, non publicis monumentis incisa non poeta, sed versificator unus de multis composuit: manifestum igitur secus iudicare, qui haec cum Simonideis poematis componat, velut Kaibelio omnia sunt suspecta, quae quorsum spectent nisi lemmate addito intelligi non possit. Atqui id ipsum indicio est, non esse novicia vel demonstrativi generis, sed olim inscripta monumento, in quo id quod desideramus extrinsecus fuit additum.

Antiquissimi tituli perbreves sunt neque numeris adstricti, donativa pariter atque epitaphia nihil fere nisi nomina exhibent: nec minus parci verborum fuerunt, qui primi fecerunt versus, velut

Αἰνέᾳ τόδε σῆμα
*Τιμοκλῆς ἐπέθηκε**)

vel

Βάστα Κάρας Σάμιος
*Ἥρῃ τήνδ' ἀνέθηκεν***)

vel

Λυσέᾳ ἐνθάδε σῆμα πατὴρ Σήμων ἐπέθηκεν.

---

*) Kaibel Epigr. Gr. 14 nescio quo errore captus dicit me in hexametrum Rossio auctore redegisse, qui Hist. litt. Gr. I 385 scripsi: „Auf einem Grabmale, ebenfalls bei Eleusis, finden sich zwei kurze logaoedische Reihen, die man vergeblich in einen Hexameter zu bringen versucht hat."

**) Servavit Hesychius, ubi *Ἥρῃ τήνδε θήρην ἀν.* legitur, manifestam interpolationem *τήνδε Ἥρην* (unde mendosum *θήρην* provenit) segregavi.

qui tituli si a numero discesseris plane pedestris sermonis speciem prae se ferunt. Sed qui duobus versibus heroicis vel disticho vel denique binis distichis constant, iam copiam verborum ornatumque aliquem orationis admittunt. Verum etiam in his titulis, quamvis quo spectet monumentum plane enuntient nominibus additis, passim haec ipsa nomina extrinsecus repetita deprehendimus, velut disticho subiectum *Ἀντιστάτης Ἀθηναῖος* (Kaibel Ep. Gr. 22), tribus versibus praemissum *Καλλίμαχος* (ib. 23), item *Διονύσιος* litteris minio insignibus (ib. 35) vel (*Ἐπι*)*στήμων τόδ' ἐπόει Ἱπποστράτου σῆμα* (ib. 8).*) Etenim prisci moris tenaces pedestri titulo pariter atque versibus ornaverunt monumentum, id quod Romani quoque observaverunt, velut in Scipionum monumentis nomen defuncti miniatis litteris prisco more inscriptum est, subsequitur elogium numeris astrictum.**) Igitur non mirum accidit, si poeta parcus verborum praetermisit ea, quae pedester titulus adiectus indicabat, velut arguit epigramma Themistoclis monumento incisum, vid. Philochorum ap. Harpocr. (v. *πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς*) *Ἀθηναίων ἀρξαμένων τειχίζειν τὸν Πειραιᾶ οἱ θ' ἄρχοντες τοῦτον ἀναθέντες ἐπέγραψαν·*

ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν τόνδ' ἀνέθηκαν
βουλῆς καὶ δήμου δόγμασι πειθόμενοι.

integrum est epigramma, sed extrinsecus erat adscriptum Themistoclem et collegas una cum tribubus Mercurio hoc signum dedicavisse.***) Quidni idem licuisse Simonidi existimamus? nihil igitur causae est, cur huic poetae abrogemus epigrammata, quae olim indice aliquo instructa fuisse apparet, velut ep. 99 et 100, quae plana sunt et expedita, si in pila *Λακεδαιμονίων* vel *Ἀθηναίων* supra scriptum fuit.†)

---

*) Etiam aliud epigramma (ib. 19) additamentum eiusmodi ostentat, sed tituli lectio nondum expedita.

**) Alia ratio est anaglyphorum, velut in vetere artis opere Tanagrae reperto (Kaibel 484):

Ἀμφάλκης ἔστασ' ἐπὶ Κιτύλῳ ἠδ' ἐπὶ Δέρμυι.
Κιτύλος *Δέρμυς*

***) Cf. Harpocr. v. *Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι*. Praeterea etiam, quo anno signum dedicatum sit, verbis *ἐπὶ Τβριλίδου ἄρχοντος*, videtur adnotatum fuisse, cf. Hesych. *ἀγοραῖος Ἑρμῆς*.

†) Etiam epitaphia Thermopylensia ep. 91 et 92, quamquam gen-

Elogia iam ante Simonidem poetae subinde familiaribus gratificati sunt, sed princeps Ceus poeta hoc carminum genus ita illustravit, ut legem quasi sanxisse videatur, quam qui post secuti sunt religiose servarent. Neque vero amicis tantum gratificatus est, sed etiam civitatibus, quae studiose eius operam expetebant, ut publica monumenta decoris versibus ornarent. Praecipue res a Graecis bello Medico praeclare gestae uberrimam materiam poetae suppeditabant: plurima tunc monumenta honoris ergo sunt excitata, quae posteris proderent memoriam eorum, qui pro communis patriae libertate gravissimum subierunt discrimen. Singularem hanc animorum elationem spirant etiam Simonidis elogia, qui quemadmodum optimus quisque Graecorum tunc animatus fuit, praeclaris versibus rerum magnitudini convenienter expressit. Haec elogia, quae rerum gestarum non interitura monumenta esse videbantur, poetae generosum animum atque ingenii ubertatem satis superque declarant. At Kaibel omnia epigrammata, quibus Simonidem publica monumenta in memoriam rerum Medicarum ornavisse traditum sit, sese eripuisse arbitratur. His detractis parvi erat moliminis reliqua poematia censoria nota adpungere. Itaque Kaibel confidenter edixit vanam esse opinionem pervagatam, Simonidem epigrammatis condendis praecipuam laudem consecutum esse, quem Byzantini demum magistelli epigrammatographis accensuerint (Mus. Rhen. 459). Sane Tzetzes Prol. Lycophr. p. 258 scripsit *ἐπιγραμματογράφοι δὲ ποιηταὶ Σιμωνίδης ὁ παλαιός, οὗ Ἡρόδοτος μέμνηται*, qui respexit Herod. VII 228, ubi ep. 94 historiographus adscripsit. Suidas autem et Eudocia Hesychium describentes, cum Simonidis poemata recensent, etiam *ἐπιγράμματα* memorant: iusto enim ordine in veteribus editionibus erant poemata digesta, singularis liber comprehendit epigrammata, hunc *ἐπιγραμμάτων* librum testificantur Apio, Trypho, Hephaestio, Herodianus, Stobaeus, vid. ep. 179, 159, 131, 166, 175, 176. Novit haec veterum grammaticorum testimonia Kaibel (M. Rh. 451), nihilominus putat Suidae tantum et Tzetzae auctoritate inter epigrammatum poetas esse relatum. Atqui plurimi scriptores inde ab Herodoto et Thucydide usque ad Aristidem, Pausaniam et Athenaeum, ut novicios auctores praetermittam, cum

---

tium nomina testantur, fortasse non carebant titulo, in quo scriptum erat Amphictyones hoc elogii honore Peloponnesios et Lacedaemonios decoravisse.

Simonideis versibus utuntur, *ἐπίγραμμα* vel *ἔλεγεῖον* dicunt, ut quaevis fere pagina adnotationis arguit. Simonidem nominatim appellant eius epigrammatis usi Herodotus et Aristoteles atque omnes deinceps. Theodoridas Mnasalcae aequalis poetae epigrammata sub examen vocans vitio illi vertit, quod presserit Simonidis vestigia potius, quam suapte natura valeat, vid. Anth. P. XIII 21:

Μνασάλκεος τὶ σᾶμα τῶ Πλαταιΐδα
τῶ 'λεγχοπονῶ·
ἃ Μῶσα δ' αὐτῶ τᾶς Σιμωνίδα σπάθας
*ἧς ἀποσπάραγμα.**)

Meleager Gadarensis, qui antiquorum epigrammatographorum carmina anthologio inseruit, praeter ceteros Simonidem adhibuit, in prologo, ubi honoris ergo mulieres Sappho, Anyte, Moero primo loco recensentur, continuo cum Melanippide Ceus poeta subsequitur:

καὶ νεὸν οἰνάνθης κλῆμα Σιμωνίδεω.

Denique manifestum est, tam eos poetas, qui proximis saeculis floruerunt, quam eos, qui post Alexandri Magni mortem hoc poesis genus illustraverunt, Anyten, Mnasalcam, Callimachum, alios saepenumero haec ipsa quae feruntur Simonidis nomine epigrammata imitatos esse.**) Adde huc, quod cum poetarum, qui ante Simonidem vel post usque ad Alexandrinorum saeculum scripsere epigrammata, tenues reliquiae, plerumque singula tantum poematia extent, unius Simonidis nomine nonaginta fere tradita sunt, ut ea praetermittam, quae manifesto errore huic sunt attributa. Planissime igitur apparet insignem maxime fuisse poetam,

---

*) Scripsi *σπάθας*, cod. Pal. *πλάθας*, vulgo, ex Salmasii ut videtur correctione, *πλάτας*. Theodoridas apte Simonidis artem in his poematis collocatam cum textoris opera componit.

**) Qui Simonidem de honore deiecit, certe debebat quaerere, quem in eius locum substitueret: nam Simonidis saeculo constat hoc genus poesis primum laeta cepisse incrementa: ab antiqua enim simplicitate, quam germanis Simonidis poematis vindicat Kaibel, plurimum abhorrent poetae, qui post Simonidis discessum in Siciliam Cimonis res gestas versibus decoraverunt, id quod arguunt tria epigrammata quae postquam Cimon cum collegis expeditione ad Strymonem Ol. 77, 3 prospere confecta Athenas rediit, honoris ergo pilis incisa sunt, item epigrammata in memoriam belli ad Eurymedontem gesti facta (vid. Simon. ep. 105 et 142), quae cum Simonideae artis haud sint expertia, huic poetae attributa esse non mirabimur.

qui ceteris fuerit exemplo, cuius plurima posteritati propagata sint epigrammata. Nihilo secius Kaibel, qui pleraque omnia Simonidi abiudicat, permulta novicia esse contendit, hac insignita fraude tam veteres, quam nostros homines deceptos esse opinatur.

6.

Simonidis epigrammata cum alia apud alios legantur scriptores, de testium fide prudenter iudicandum est: incommode autem accidit, ut antiquiores fere non indicent scriptores epigrammatum, sive quod talia minus curabant, sive quod tunc poetae nomen omnibus fuit notum. Itaque Simonidis nomen saepe novicii alicuius grammatici testimonio munitum, quamquam epigramma antiquum esse et fraudis suspicione vacare locupletes auctores evincant. Alia denique plane *ἀνεπίγραφα* tradita hoc demum saeculo critici Simonidi vindicare conati sunt coniecturis usi incertis; quis enim in coniectando ab omni errore sibi caveat? Apertum igitur est, quae quantaque dubitandi sit materia, sed qui nuper huc animum applicaverunt, difficillimae quaestionis molestiam mirum in modum auxerunt, quod etiam quae certa sunt in incertum revocant, omnia moliti, ut poetam Ceum de possessione plane deiiciant.

Ego Simonidi adscripsi praeeunte Schneidewino epigramma quadrigae in arce Athenarum subscriptum, (ep. 132), quod Herodotus aliique poetae nomine non addito servaverunt: neque temere aut inconsiderate hoc proposui, sed motus auctoritate Aristidis, qui illud epigramma una cum aliis Simonideis adhibet. Hoc recte factum negat Kirchhoff, qui contendit, Aristidem potius adversari huic opinioni.*) Neque de hoc solo epigrammate agitur, sed de omnibus, quae eodem loco leguntur: nam iam alii haec quoque in suspicionem adduxerunt, confisi iis, quae Kirchhoff protulit.

Aristides in oratione XLIX, quae *περὶ τοῦ παραφθέγματος* inscribitur, sex epigrammata adhibet, quibus laudes Atheniensium,

*) In Actis menstr. Ac. Berol. 1869 p. 411: „In den Sammlungen wird das Epigramm gewöhnlich dem Simonides zugeschrieben; fragt man, auf welche Autorität hin, so wird man auf die Stelle des Aristides verwiesen: sieht man bei diesem nach, so sieht man, dass die Worte desselben und der Zusammenhang, in dem sie stehen, nicht den geringsten Anhalt für eine solche Behauptung, wohl aber für das gerade Gegentheil bieten, wovon sich zu überzeugen ich getrost dem Leser überlassen kann."

Laconum, Corinthiorum celebrantur; ep. 132 ad bellum Atheniensium adversus Boeotos et Chalcidenses Ol. 68, reliqua ad bella Medica referuntur: nusquam autem rhetor poetam plane nominat, neque tamen dubitavi omnia Simonidi attribuere, vid. ep. 90. 104. 142. 132. 91. 97. Ex his tria 142, 91, 97 in Anthologia vel in schol. Aristid. Simonidis nomen prae se ferunt, ac Thermopylense quidem elogium (ep. 91) a suspicione satis defendit Herodotus, cuius verba si quis religiose interpretatur, a Simonide scriptum esse intelliget. Sed tria *ἀνεπίγραφα* sunt tradita, ep. 90 elogium Marathonium Lycurgus orator agnoscit, sed de auctore tacet, ep. 104 solus Aristides servavit, ep. 132 Herodotus aliique usurpant praetermisso poetae nomine.

Si propterea, quod tria epigrammata Simonidis esse aliunde constat, huic poetae totidem adespota vindicassem, levitatis crimen a me avertere non ausim: at omni animi intentione Aristidis libellum iterum ac saepius lectitavi, itaque rhetoris institutum perspexi, quod fugere solet eos, qui errantibus oculis libros percurrunt. Aristides ut se a vanitatis crimine defenderet, aliorum exemplo se tuetur, docens ab antiquissimis temporibus Graecorum esse ingeniorum *φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ*. Hoc epicorum carmina satis superque testari asserit, tum ad melicos poetas accedit, Sapphonis, Alcmanis, Pindari versibus usus: iam Pindaro adiungit Simonidem (T. II p. 510), cui plurimum se tribuere dicit propter egregiam viri modestiam (*σωφροσύνην*), sed hunc quoque magnifice de se sensisse; exempli gratia rhetor subiecit ep. 146, in quo Simonides memoriae vim, qua praeter ceteros excelluit, praedicat: sed expectationem nostram, fore ut rhetor ex Simonidis carminibus alia iactationis documenta proferat, frustratur, nam docet etiam victores in ludicris certaminibus, quorum encomia Simonides et Pindarus scripserint, laudis studio ductos esse, ac postquam haec paucis perstrinxit, ostendit civitates quoque rerum a civibus suis gestarum monumentis gloriosos addere titulos: *τί δέ σοι βούλεται τὸ παράγραμμα Ἀθηναῖοι ἀπὸ Θηβαίων ἢ Περσῶν, ἢ Λακεδαιμόνιοι ἀπὸ τῶν δείνων; ἢ ὅτι δή ποτ' ἂν ἦ τοὐπίγραμμα, ἐξαλειπτέον;**) *ἆρα σοὶ καὶ τὰ τοιάδε δόξει ἀλαζονεία τις εἶναι· Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι κτλ.* ac deinceps sex epigrammata singillatim percenset, ut id quod posuerat confirmaret. Novissimum locum obtinet elogium Corinthiorum (ep. 97), cui rhetor

---

*) Ita haec scribenda, vulgo legitur *ἀπὸ τῶν δείνων, ἢ ὅτι δήποτ' ἂν, ἢ τοὐπίγραμμα ἐξαλειπτέον.*

haec subiecit: *ὥστε ὥρα σοι σκώπτειν αὐτοὺς ὡς ἀδολέσχας τινὰς νεκροὺς καὶ οὐκ εἰδότας ἡσυχίαν ἄγειν· κἄτά σε ἀνήρ τις Σιμωνίδειος ἀμείψεται· ὤνθρωπε, κεῖσαι ζῶν ἔτι μᾶλλον τῶν ὑπὸ γῆς ἐκείνων* (Simon. fr. 60). *φέρε δὴ καὶ ταῦτα ἐξέτασον· ἃ Μοῖσα γὰρ . . . . θεριζομένα* (Simon. fr. 96). *ταῦτ' οὐ δοκεῖ σοι σαφῶς ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν ἐπαινῶν λέγειν ὡς γόνιμον καὶ πόριμον εἰς τὰ μέλη; τί δ' ἐπειδὰν λέγῃ· μή μοι καταπαύετε . . . αὐλός* (Simon. fr. 46). Itaque adversarium facete redarguens adhibet versum Simonideum ex melico carmine fr. 60,*) et tandem reversus ad propositum, a quo declinaverat, docet ipsum quoque poetam ingenue laudes suas testificatum esse.**) Iam Simonide et melicis poetis absolutis transit rhetor ad historiarum scriptores.

In aperto igitur est, disputationem de titulis, in quibus Graecae civitates sempiternam rerum gestarum gloriam magnifice extulerunt, parecbasin esse, sed ut par est non alienam a proposito. Simonidi sui fiduciam non defuisse in principio et in fine capitis rhetor comprobavit: iam quemadmodum supra, ubi de epicis poetis verba fecit, ostendit heroes in carminibus Homericis multa gloriatos esse, ita hic docet Athenienses, Laconas, Corinthios in carminibus Simonideis suas virtutes eximie praedicavisse: Simonideis per omnia elogiis utitur rhetor: quid enim perversius, quam aliorum poetarum carmina adhibere, aut aliena Simonideis interserere? Itaque omnia haec epigrammata res bellis Medicis vel paulo ante gestas illustrant; nam si Aristides dedita opera de laudis studio, quo omnes omnino civitates ducuntur, disputaturus erat, exempla diversarum aetatium proposuisset; nunc quoniam de Simonide tam suarum quam alienarum laudum praecone dicit, ex huius poetae carminibus documenta erant petenda. Rhetor dum librum, qui Simonidis epigrammata continebat, evolvit, statim in poematium, quod poeta octoginta annos natus scripserat, incidit; iam cum pergit explicare volumen, animum advertit ad elogia publicis monumentis destinata, eaque res eum permovit, ut paulisper a proposito digrederetur. Itaque omnia epigrammata, quae Aristides adhibuit, in editionibus carminum Simonideorum, quas Alexandrini critici adornaverunt***), olim legebantur, neque amplius par est,

*) Nisi forte haec quoque verba ex epigrammate repetita sunt.

**) Fr. 46. Simonidem dici manifestum est, neque unquam quisquam hic haesitavit.

***) Videntur veteres grammatici epigrammata ita disposuisse, ut ea,

derogare his nomen Simonidis, quoniam Aristides reticuit, qui eruditis hominibus hunc libellum destinaverat: nam putidiusculum fuisset, singulis elogiis more grammaticorum Simonidis nomen praemittere: etiam tunc ea omnibus satis erant nota, et si qui forte minus memoria tenebat, facile tamen rhetoris institutum perspexit.

7.

At quo iure singula epigrammata ab iis, qui primi Simonidis carmina collegerunt vel postea additamentis amplificarunt, huic poetae sint attributa, in quaestione versatur. Velut poematia 105 et 142, quae Cimonis res ad Eurymedontem gestas spectant, critici fere abrogaverunt Simonidi, quoniam existimant poeta iam defuncto has laudes Cimoni partas esse. Equidem quaestionem hanc maxime impeditam expedire conatus rettuli has res a Cimone gestas ad Ol. 77, 4 extr. sive Ol. 78, 1 in. (vide, quae exposui ad ep. 142, neque poenitet eorum, quae olim scripsi), itaque olim existimavi Simonidem, qui Ol. 78, 1 extremo diem supremum obiit, has victorias praeconio suo ornare potuisse; nunc mihi secus videtur. Simonides enim Syracusis defunctus et sepultus est, ut testantur reliquiae epigrammatis Callimachei fr. 71. Fieri sane potest, ut Ceus poeta Hieronis hospitio per complures annos usus redierit Athenas ac deinde rursus Syracusas domicilium contulerit, sed si ponimus poetam Ol. 78, 1 Athenis commoratum haec epigrammata condidisse, iter Siciliense et poetae obitum minimo temporis momento diremta fuisse statuamus necesse est, quod parum est probabile: neque poetam Syracusis commorantem in Atheniensium gratiam haec poematia fecisse verisimile. Itaque iam haec epigrammata Simonidi abiudico quae alius quis poeta aequalis, Melanthius opinor vel Archelaus vel Ion denique Chius, quibus Cimonem familiariter usum esse constat, condidit: sed cum Simonides potissimum publica monumenta bellorum Medicorum memoriae dedicata versibus decoravisset, non est mirum, si haud ita multo post tituli eiusdem saeculi, sed a Simonide alieni, huic poetae attributi sunt, quos qui primus collegit Simonidis poemata, tralaticiam famam secutus, non dubitavit in ordinem recipere*). Haec igitur duo epigrammata et si quae alia

---

quae ad ipsum poetam attinebant, praemitterent: sequebantur elogia civitatibus ordinatis quemadmodum in tripode Delphico et in monumento Olympiae earum nomina incisa erant, quem ordinem etiam Aristides secutus est.

*) Non tamen temere abutendum est hac observatione ad auctori-

certis indiciis falso Simonidi attributa esse mihi visus sum perspicere, obelo in margine addito insignivi, neque vero adpunxi, quidquid dubitationi obnoxium; nam paradosis saepenumero incerta admodum. Veteres rerum gestarum scriptores cum adhibent epigrammata publicis monumentis inscripta, poetae nomen reticent: qui post secuti sunt, pendent ex auctoritate eorum, qui primi Simonidis epigrammata undique conquisita et collecta ediderunt. Eorum autem carminum, quae privatis monumentis addita fuerunt, paradosin multo magis incertam esse apparet. Itaque si haec editio epigrammatum ad nos propagata esset, criticis non deesset addubitandi copia: nunc, cum illam syllogen nobis aetas inviderit atque necesse sit reliquias epigrammatum denuo undique conquirere, multo iniquiore conditione utimur: nam qui propagaverunt haec epigrammata, poetae nomen saepe reticent, aut si addunt, auctores parum locupletes sunt. Velut Anthologiae Palatinae, quae plurima Simonidis epigrammata suppeditat, in poetarum nominibus tradendis quam incerta sit fides, satis superque constat. Sed quo magis huius instrumenti auctoritas vacillat, eo maior cautio est adhibenda, ut ne fundamenta penitus subducantur. Sane nomina poetarum epigrammatis in Anthologia adscripta multis ac variis obnoxia fuerunt erroribus, quos deprehendere plerumque proclive, expedire difficillimum. Procul autem habenda suspicio plurima nomina temere ac pro arbitrio esse addita: sane passim adespoton poematium suo arbitrio vindicaverunt huic vel illi poetae, sed probabilem fere capientes coniecturam; sed plerumque vetere aliquo exemplo usi nomina in suum locum restituerunt. Nam in antiquis anthologiis carminibus adespotis nullus erat locus: qui postea epigrammatum eclogas condiderunt, hoc minus curaverunt, quo accessit librariorum socordia, qui saepe nomina adscripta neglexe-

---

tatem principis editionis Simonideorum epigrammatum convellendam: velut ep. 132 quod supra p. 445 docui receptum fuisse in hanc syllogen, omnis veritatis notas prae se fert; nihilominus Kirchhoff ausus est Simonidi abiudicare, argumentis usus levissimis, ut suo loco exposui. — Epigr. 163 receptum fuisse in editiones testatur Aristophanes Byzantius, qui Simonidi attribuit: Aristoteles tanquam adespoton adhibuit ita, ut appareat ignorasse philosophum Simonidis esse poematium. Locupletissimus auctor Aristoteles, praesertim cum *Ὀλυμπιονικῶν* indices condiderit, in quo opusculo condendo etiam eiusmodi titulos non neglexisse videtur, non tamen propterea Simonidi epigramma illud derogandum: nam etiam principum virorum scripta aliorum studiis emendantur et augentur, poteratque carminis auctor, quem ignoravit Aristoteles, postea indagari. A rebus incertis iudicium cohibere decet; nam particula tantum carminis servata est, ut vel nomen victoris nos lateat.

runt. Optime igitur meritus corrector codicis Palatini, qui multis locis Simonidis nomen adiecit, neque enim Finslero assentiendum, qui in libro bonae frugi de Anth. Gr. p. 136 his additamentis fidem abrogat, cum antea de correctoris fide et industria incorruptum tulisset iudicium*). Sed haec quae iam in praef. ad Pindarum p. VII attigi, non licet hic pluribus persequi.

Equidem operam dedi, ut cautio magis quam audacia mea in reprehensionem incurrat; quam incerta sit multorum epigrammatum auctoritas, non dissimulavi, atque etiam in iis, quorum fides minus vacillat, largior inesse quae criticos suspiciosos reddant; ubi momenta in utramque partem nutant, nolui legentium iudicia occupare. Sed de his quantum satis dictum in adnotatione. Dialectum denique epigrammatum non magis quam antea ausus sum ad aequabilem legem conformare.

ΕΠΙΚΗΔΕΙΑ.

89. [148.]

Λίρφυος ἐδμήθημεν ὑπὸ πτυχί, σῆμα δ' ἐφ' ἡμῖν
ἐγγύθεν Εὐρίπου δημοσίᾳ κέχυται,
οὐκ ἀδίκως· ἐρατὴν γὰρ ἀπωλέσαμεν νεότητα
τρηχεῖαν πολέμου δεξάμενοι νεφέλην.

Epigr. 89. Anth. Plan. 26: *Σιμωνίδου.* Recte Schneidewin arbitratur epitaphium esse Atheniensium, qui in bello adversus Chalcidenses gesto circa Ol. 68, 3 ceciderant; ad res ea tempestate gestas etiam alia Simonidis epigrammata 108 et 132 pertinent. — V. 3. *οὐκ ἀδίκως* similiter in recentiore Attico epigr. (Kaibel 381) est adhibitum: *ζηλοῖ σ' Ἑλλὰς πᾶσα ποθεῖ θ' ἱεροῖς ἐν ἀγῶσιν, Εὐθία, οὐκ ἀδίκως· ὃς τέχνῃ, οὐχὶ φύσει ἐν βοτρυοστεφάνῳ κωμῳδίᾳ ἡδυγέλωτι δεύτερος ὢν τάξει, πρῶτος ἔφυν* (non opus correctione *ἔφυς*) *σοφίᾳ.* Nisi forte Simonides *οὐκ ἀϊκῶς* scripsit, cf. Hom. Il. *X* 335 *σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ ἑλκήσουσ' ἀικῶς,* ubi mirari licet Antimachi inscitiam *κακῶς* corrigentis, quandoquidem ionica hac forma etiam tragici et Plato comicus usi sunt, nisi quod vocales coaluerunt. Etiam ap. Soph. El. 102 *αἰκῶς* et *ἀδικῶς* confusa. — V. 4. *τρηχεῖαν* Schneidewin, vulgo *τρηχείην*, quemadmodum librarii saepius peccant in antiquis scriptoribus,

---

*) Correctoris fidem et iudicium satis illustrat, ut uno defungar exemplo, VII 405, ubi Hipponactis epitaphium in cod. Pal. quemadmodum apud Planudem est *ἀδέσποτον*. Corrector in margine ext. *Φιλίππου*, in m. int. *Μιμνέρμου οἱ δὲ Φιλίππου* adscripsit; ut Finslero videtur, utrumque nomen coniecturae indulgens instauravit; at repetit ille in m. int. parepigraphen veteris exempli, sobrio autem iudicio usus in-

90. [149.]

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν.

itaque non dubitavi apud Simon. Amorg. 31 B traditum *παχείην* corrigere. Item suspectum de vitio Anth. Pal. VII 315 *τρηχείην* praeter necessitatem admissum in epigrammate incertae auctoritatis. Sed novicii poetae has formas non repudiant, ubi metrum productam syllabam desiderat, vid. Meineke Del. Ep. p. 200.

Epigr. 90. Lycurg. Leocr. 109: *Τοιγαροῦν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου* (corrigunt *ἠρίοις*) *μαρτύρια ἔστιν ἰδεῖν τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἀναγεγραμμένα ἀληθῆ πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας, ἐκείνοις μέν, ὦ ξεῖν' ἄγγειλον κτλ.* (ep. 92), *τοῖς δὲ ὑμετέροις προγόνοις· Ἑλλήνων προμαχοῦντες κτλ. Simonidis* esse epigramma testatur Aristid. II 511, qui una cum aliis huius poetae epigrammatis affert, ubi v. 2 sic scriptus: *ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας.* Adde Schol. Aristid. 289 ed. Frommel, ubi *εἴκοσι μυρ.* extat. Hoc distichon pilae in campo Marathonio fuit inscriptum, neque quidquam desiderabis, nam nomina occisorum solemni more addita erant. Pausan. I 32, 3: *τάφος δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Ἀθηναίων ἐστίν, ἐπὶ δὲ αὐτῷ στῆλαι τὰ ὀνόματα τῶν ἀποθανόντων κατὰ φυλὰς ἑκάστων ἔχουσαι.* Sed offendit insignis scripturae varietas v. 2: neque Lycurgus coram iudicibus epitaphium Marathonium recitans insimulandus erroris, neque Aristides, qui libellum *περὶ παραφθέγματος* scribens volumen Simonidis carmina continens adhibuit: itaque existimo in duobus elogiis v. 1 iteratum esse: carmen quod Lycurgus recitavit, haud dubie ad tumulum Marathonium spectat, epigramma, quo Aristides utitur, donario inscriptum fuisse videtur, cuius carminis particulam tantum adscripsit rhetor, velut ep. 104 et 132 breviavit. Coniecturam si periclitari licet, Panis signo (cf. ep. 133) subscriptum fuerit in hunc fere modum:

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸν Ἀρκάδα, τὸν κατὰ Μήδων,
στῆσεν Μιλτιάδης τῇδ', ὅτ' ἐλευθερίᾳ
Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας.

Quamvis Aristides diversum carmen adhibuerit, vel sic eius testimonio confisi ep. 90 vindicamus Simonidi, nam ipsi tantum licuit Simonidi versum iterare in publico monumento. Sed praeterea v. 2 ap. Arist. de vitio suspectus; nam quamvis soliti sint Graeci res bellis Medicis gestas altius exaggerare, inauditum est, nonaginta milia Persarum in proelio Marathonio occisa esse, quasi universus fere exercitus hac strage peremptus fuerit. Herodotus, quem constat saepe

---

scripsit *Φιλίππου*, nam poematium plane prae se fert peculiare orationis filum, quo utitur Philippus, ut haud cunctanter equidem huic poetae vindicaverim, etiam si nomen non esset traditum. Mimnermi nomen tam alienum, ut ne insignis quidem stupor aut temeritas coniectando hoc facinus admittere potuerit; error haud dubie inde ortus, quod Mimnermi aliquod poematium interceptum est, quod detrimentum saepenumero eiusmodi peperit errores. Sane Mimnermus nulla scripsit epigrammata, sed etiam infra IX 50 elegiographi versus leguntur. Et hoc quidem capite, quod epitaphia complectitur, poterat haud incommode Mimnermi fr. 5, quod Diogenes Laertius suppeditat, in ordinem recipi.

91. [150.]

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριακοσίαις ἐμάχοντο
ἐκ Πελοποννάσου χιλιάδες τέτορες.

amplificandis rebus gestis indulsisse, VI 117 sex tantum millia et quadringentos cecidisse auctor est. Vaniloquentia ista indigna Atheniensibus removetur, si poeta non numerum occisorum hostium, sed copiarum indicavit, itaque emendaverim *ἔκλιναν*:*) cum *ἔκλειναν* esset scriptum, inde proclivi errore *ἔκτειναν* ortum. Maluit autem Aristides hoc carmine quam Marathonio elogio uti, quoniam virtus Atheniensium magnificentius illustratur grandi numero adversariorum indicato. — Longe aliter difficultatem expedire conatus est Goettling (in scriptione acad. Ienae 1859), qui epigramma hoc subscriptum fuisse putat pictae tabulae in porticu, quae *Ποικίλη* vocitata est: suspicatur autem Simonidem certavisse cum Aeschylo, atque eo refert scripturae diversitatem, Simonidem scripsisse *ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας*, Aeschylum *χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν*.

Epigr. 91. Herod. VII 228: *Θαφθεῖσι δέ σφι αὐτοῦ ταύτῃ τῇπερ ἔπεσον, καὶ τοῖσι πρότερον τελευτήσασι ἢ τοὺς ὑπὸ Λεωνίδεω ἀποπεμφθέντας οἴχεσθαι, ἐπιγέγραπται γράμματα λέγοντα τάδε· Μυριάσιν κτλ.* Anth. Pal. VII 248: Corr. *Σιμωνίδου*. C *εἰς τοὺς μετὰ Λεωνίδην μαχεσαμένους πρὸς Πέρσας*: Corr. *ἐν Θερμοπύλαις* (sed haec duo verba potius ad seq. epigr. pertinere videntur). Affert etiam Aristides II 512 cum aliis Simonidis elogiis et Diodor. Sic. XI 33. Suid. v. *Λεωνίδης* (sed om. ABV). Iriart. 91, ubi *Alcaeo* tribuitur, sed 293 sine p. nom. affertur. De Kaibelii athetesibus, qui hoc et reliqua epigrammata apud Herodotum Simonidi abrogat, dixi supra p. 437 sq. — V. 1. *τῇδε*, Schneidewin *τᾷδε*. — *τριακοσίαις* Iriarte, *τριηκοσίαις* Herod. Anth., *τριηκοσίῃς* Arist., *διακοσίαις* Diod. — V. 2. *Πελοποννάσου* Anth. et ap. Her. SMPK, *Πελοποννήσου* rel. — *τέτορες*, Arist. et ap. Diod. L *τέτταρες* (K *τέττορες*). — Semper mihi offensioni fuit vaniloquentia minus etiam condonanda, quam ea, de qua supra dixi: nam quis animum inducat, nonaginta myriadas Persarum in angustis convallibus Thermopylarum cum Graecorum paucitate conflixisse? Sed corruptelae suspicio procul habenda esse videtur, quandoquidem omnes praeter Diodorum *τριακοσίαις* testantur; Siculus enim *διακοσίαις* exhibet, fortasse ex librarii correctione quae nullius est usus**). Sed quamvis Herodoti scripturam alii testes, qui non secuti sunt Halicarnassensem, confirment, nihilo minus hic mendum delitescere contendo, quod *μυριάσιν τριακόντοις* corrigens sustuleris: possis sane *χιλιάσιν τριακοσίαις* suspicari,

---

*) Conferas reliquias epigrammatis, quod Kirchhoff probabiliter ad proelium Marathonium rettulit, perperam ille quidem signo Minervae *Προμάχου* subscriptum esse ratus (Kaibel 749), *ἄστυ, βίᾳ Περσῶν κλιναμένω(ν)* . . ita enim scribendum, nam quod Kirchhoff dedit *κλινάμενο(ι δύναμιν)* a sermonis graeci proprietate abhorret. Fortasse hoc quoque poematium (duo ut videtur epigrammata sunt) Simonides composuit; sed exiles reliquias non licet redintegrare.

**) Diodorus non Herodotum descripsit, id quod ep. 92 arguit, sed Ephorum videtur secutus esse; idem exercitum, quem Xerxes in Thessaliam duxit, centum myriadum fuisse dicit XI 5 et 11, quod aperte pugnat cum hoc epitaphio, et cum dicit de quingentis Spartanis (totidem enim recenset) *οὐδὲ τῷ χιλιοστῷ μέρει τῶν πολεμίων ἴσοι τὸν ἀριθμόν*, vel iste numerus iusto auctior videtur.

92. [151.]

Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

passim enim *μύριοι* et *χίλιοι* permutantur, sed multo efficacius myriades barbarorum cum chiliadibus Graecorum componuntur. Patrius casus numeralium passim apud poetas reperitur, quemadmodum *τριακόντων* Hesiodus, Callimachus, alii adhibent; et Chii quidem etiam in communi vitae consuetudine inclinationem retinuerunt, cf. Cauer delect. 133, ubi *τεσσερακόντων*, *ἐνενηκόντων* (quod Machoni ex coniectura olim restitui), *πεντηκόντων δυῶν*, *δέκων δυῶν* legitur, unum *ἑπτά* non inflectitur, quamquam Alcaeus *πέμπων* dixit. Dandi casum infrequentem esse non mirum accidit, sed Philodemus Anth. P. XI 41 dixit *ἑπτὰ τριηκόντεσσιν ἐπέρχονται λυκάβαντες*, poteramque ad eundem modum hic *τριακόντεσσι μάχονται* scribere sed praeoptavi metaplasmum, velut Iones *δυοῖσι* pro *δυσί*, et *τριοῖσι* pro *τρισί* dicunt (Hippon. fr. 51). Vulgi ore tritum fuit hoc epitaphium, itaque non mirum, si vel insolentia formae vel supra modum amplificandi studium germanam scripturam oblitteravit, inde corruptela etiam in libros scriptos propagata est: sed *τριηκόντοις* pilae titulum exhibuisse contendo; nam Amphictyonas homines graves et poetam modestia praeter ceteros insignem non decet reos facere tanti tamque impudentis mendacii, quod vix glorioso militi in scena condonaveris.

Epigr. 92. Herod. VII 228: *Ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι πᾶσι ἐπιγέγραπται· τοῖσι δὲ Σπαρτιήτῃσι ἰδίη· Ὦ ξεῖν' κτλ.* *Simonidis* esse testatur Cicero Tusc. I 42 et Anthol. Pal. VII 249 (corr. *Σιμωνίδου*). Afferunt praeterea Lycurg. Leocrat. 109. Diodor. XI 33. Strabo IX 429. Suidas v. *Λεωνίδης*. Arsen. 118. — V. 1. *ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν* Herod. codd. Suid. (ABV *ἄγγελε*), *ὦ ξένε ἄγγειλον* Diod., *ὦ ξεῖν' ἄγγειλον* Lyc. Anth. Ars. (om. *ὦ*), Herod. vett. edd., *ὦ ξέν' ἀπάγγειλον* Strabo, ap. Iriarte 91, ubi *Alcaeo* tribuitur, *ἄγγειλον*, sed 293 (ubi s. p. nom.) *ἀγγέλλειν*. — *τῇδε*, Schneidewin *τᾷδε*. — V. 2. *ῥήμασι πειθόμενοι*, Lyc. Strabo Diod. Ars. *πειθόμενοι νομίμοις* idque Cicero repperit interpretatus:

Dic hospes Spartae, nos te hic vidisse iacentis,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.

et ante Ciceronem Phaennus Simonidem imitatus Anth. P. VII 437 in Leonidae elogio: *ἀλλ' ἐπὶ Θερμοπύλαισι τὸ Περσικὸν ἔθνος ἀμύνων ἐδμάθης, πατέρων ἀζόμενος νόμιμα.* Huic igitur scripturae, quam complures testantur, videri possit posthabenda esse lectio, quam unus Herodotus tuetur; inprimis grave Strabonis testimonium, qui pilam et titulum etiam tunc integrum servatum esse refert: sed quamvis ipse quaedam oculis usurpaverit, poterat postea, cum Romae orbis terrarum situm describeret, tralaticiam carminis recensionem sequi. *Νόμιμα* sane Thucyd. I 132 de Pausania in ius vocato verba faciens scripsit, *εἴ τι που ἐξεδεδιήτητο τῶν καθεστώτων νομίμων*, poteratque etiam Ceus poeta de Spartanis eo vocabulo uti, quamquam fortasse neutrum vocabulum a Simonide profectum. Falso *ῥήμασι* interpretantur *ῥήτραις*, cui vocabulo *δόγμασι* potius poeta substituisset, sed *ῥῆτραι* omnino alienae a Leonidae elogio. Conieci *τήνων νεύμασι*, cf. Aeschyl. Suppl. 373 *κρατύνεις μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν*. Nescio quo errore Vischer (Erinner. aus Griechenl. 645) Hermannum castigat, quod hoc epitaphium Simonide indignum censuerit, qui in comm. de officio interpr. XII ingenue professus est, nullum in his versibus esse verbum,

*93. 1149

Τούσδε ποθεῖ φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
μητρόπολις Λοκρῶν εὐθυνόμων Ὀπόεις.

94. [152.]

Μνῆμα τόδε κλεινοῖο Μεγιστία, ὅν ποτε Μῆδοι
Σπερχειὸν ποταμὸν κτεῖναν ἀμειψάμενοι,
μάντιος, ὃς τότε κῆρας ἐπερχομένας σάφα εἰδώς
οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν.

— 95. [155.] 1150

Εὐκλέας αἷα κέκευθε, Λεωνίδα, οἳ μετὰ σεῖο
τῇδ' ἔθανον, Σπάρτης εὐρυχόρου βασιλεῦ,
πλείστων δὴ τόξων τε καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων
Μηδείων τ' ἀνδρῶν δεξάμενοι πολέμῳ.

quod non et necessarium et maxime proprium sit, ut propter hanc ipsam simplicitatem nihil hoc praeconio gravius fingi possit.

Epigr. 93. Strabo IX 425: *Ὁ δ' Ὀποῦς ἐστι μητρόπολις (Λοκρῶν), καθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπὶ τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ· Τούσδε κτλ. Simonidi* probabiliter tribuit Schneidewin; quamquam enim Herodotus non memorat, quia Locrensibus Amphictyones hunc honorem non concesserunt (vid. p. 428), tamen non ita multo post videntur impetravisse, ac verisimile est, eos Simonidem precibus adiisse, ut digno elogio suorum memoriam decoraret. — V. 1. *ποθεῖ* Meinekii correctionem dubitanter recepi, legebatur *ποτε* exordio carminis convenienter, cum verbum velut *ποθεῖ* novissimum locum fere occupet. Strabo fortasse non integrum adscripsit epigramma; altero disticho, quod subiectum fuit, poeta laudibus Locrensium fortitudinem extulerat. — V. 2. *εὐθυνόμων Ὀπόεις* Coraes, *εὐθυνόμων ὀπίοις* A (*θυνόμων ὀπίοις* a m. sec. ut gh, in marg. *κεύθει νομοπόεις*), l *κεύθει νομως ὀπόεις*, BK *κεύθει ὀπόεις*, no Ald. *κεύθει . . . ὀπουντία*, h a m. sec. *κεύθει ὁμοῦ ὀπόεις*, Schneidewin *κεύθει ὅλων Ὀπόεις*, Kramer *κεύθει ὁμῶς Ὀπόεις*, Hecker *κευθάνει ὠδ' Ὀπόεις*, quae ferri non possunt, nam non sunt in patria humati.

Epigr. 94. Herod. VII 228: *Λακεδαιμονίοισι μὲν δὴ τοῦτο· τῷ δὲ μάντι τόδε· Μνῆμα κτλ. Ἐπιγράμμασι μέν νυν καὶ στήλῃσι, ἔξω ἢ τὸ τοῦ μάντιος ἐπίγραμμα, Ἀμφικτύονες εἰσί σφεας οἱ ἐπικοσμήσαντες· τὸ δὲ τοῦ μάντιος Μεγιστίεω Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπεός ἐστι κατὰ ξεινίην ὁ ἐπιγράψας.* Adde Anthol. VII 677: corr. in ras. *ἐκ τῆς ἱστορίας Ἡροδότου·* C *εἰς τὸν τάφον μεγίστεως τοῦ μάντεως τοῦ ὑπὸ Περσῶν ἀναιρεθέντος. Simonidi* tribuit etiam Iriart. 293. — V. 1. *κλεινοῖο*, ap. Her. VS et Iriar. *κλειτοῖο*. — *Μεγιστία*, Anth. *Μεγιστίου*.

Epigr. 95. Anth. Pal. VII 301: corr. *τοῦ αὐτοῦ·* tum *Σιμωνίδου* expunctum; C *εἰς τοὺς μετὰ λεωνίδην τὸν σπαρτιάτην τελευτήσαντας*. — V. 1. *εὐκλέας αἷα* Planudes, *εὐκλεᾶ γαῖα* cod. — V. 2. *Σπάρτης* cod., *Σπάρτας* Planud. — *βασιλεῦ* Planud., *βασιλεῖς* cod. — V. 4. *τ'* om. cod. Pal., inseruit Brunck ex Planud., ubi est *Μηδείων τ' ἀν-*

δρῶν δ. πολεμον. — Hoc epigramma confidenter abiudicavi Simonidi, obelo in m. addito, neque aliter visum Schneidewino et Hartungo: dilucide Leonidae et Spartanorum laudes illustrat, et qui scripsit, finxit Leonidae tumulo additum esse (v. 2 τῇδ' ἔθανον), sed inde iam manifestum demonstrativi generis poematium esse, quod per errorem Simonidi est tributum; nam in Spartanorum tumulo fuit ep. 92. — Fortasse hoc epigramma, quod postea ut videtur est insertum Simonideis epigrammatis, non est integrum servatum: item in Anth. P. VII 252 Ἀντιπάτρου legitur epigramma εἰς τοὺς αὐτούς (i. e. εἰς τοὺς μετὰ Λεωνίδου πεσόντας), quo satis incommode duo Simonidis epigrammata separantur:

Οἵδ' Ἅΐδαν στέρξαντες ἐνύπνιον οὐχ ἅπερ ἄλλος
στάλαν, ἀλλ' ἀρετὰν ἀντ' ἀρετᾶς ἔλαχον.

Lemma utique videtur huic disticho convenire, sed non integrum esse poematium apparet; itaque conieci hos duos Antipatri versus huic epigrammati subiiciendos esse: commodam enim clausulam epigramma recuperat, si πλείστων δὴ . . . πολέμῳ continuatur verbis οἵδ' Ἅΐδαν . . . ἔλαχον. Quod hoc epigramma communem sermonem, illud distichon Doricum prae se fert, haec varietas non obstat meae coniecturae. Quod Antipater negavit trecentos Spartanos nactos esse στήλης honorem, adversatur veritati, nam fuit in memoriam illorum pila cum elogio (Simon. ep. 92) in tumulo posita, sed demonstrativi carminis scriptores satis pro arbitrio argumenta variant.*) Ceterum scriptor epigrammatis 95, quisquis fuit, Simonidei sermonis filum aemulatus est, quemadmodum cum alii, tum Mnasalcas, velut arguit eius poemation Anth. P. VII 242, hinc Theodoridas Anth. XIII 21 eum τᾶς Σιμωνίδα πλάτας ἀποσπάραγμα appellavit.

Epigrammata Corinthiorum laudibus destinata 96. 97. 98, quibus accedit 134, Simonidi abiudicant, qui nuper huius poetae epigrammatis operam navaverunt: nam pugnare videntur haec carmina cum iis, quae Herodotus memoriae prodidit, utuntur his poematis Dio Chrysostomus et Plutarchus, ille in oratione Corinthiaca, quam ab alio rhetore eiusdem aetatis scriptam esse certum est, alter in libello de Herodoti maledicentia, quem critici nonnulli Chaeronensi indignum censent. Haec igitur manifesta fraudis indicia videntur: Kaibel denique investigavit, orationis Corinthiacae scriptorem ementitum esse Simonidis nomen, nam a Plutarcho, quem iste expilaverit, poetae nomen reticeri. At cum hac opinione pugnat lectionis diversitas, quam passim in his epigrammatis deprehendimus, quamque non licet ad librarios horum opusculorum referre. Epigrammata haec sunt haud dubie antiqua, sed ep. 98 cui anno sit adscribendum incertum, quoniam ignoramus, quando mortuus sit Adimantus. Etiam monumentum in Isthmo (ep. 97) potest compluribus annis post proelium Salaminium excitatum esse, nam cum Athenienses spargerent rumorem de ignavia Corinthiorum (Herod. IX 94) et cum Herodoteum opus editum Adimanto gravem ignominiam inussisset, consentaneum est, Corinthios his rumoribus obviam ivisse; et ep. 97 πήματα . . . μνήματα rhetoris artem prodere videtur. Sed ep. 96 statim post proelium conditum vel Herodotum agnoscere puto IX 94 οὐ μέντοι αὐτοί γε Κορίνθιοι ὁμολογέουσι, ἀλλ' ἐν πρώτοισι σφέας αὐτοὺς τῆς ναυμαχίης νομίζουσι γενέσθαι Hoc igitur et ep. 134 cur Simonidi eripiamus nulla est causa.

*) In Antipatri v. 1 Ἅΐδαν στέρξαντες ἐνύπνιον vitio manifesto laborat, fort. Ἅΐδα στέρξαντες ἐναύλιον legendum. V. 2. ἀρετὰν significat honorem sive felicitatem.

96. [157.] 1151

Ὦ ξεῖν', εὐυδρόν ποτ' ἐναίομεν ἄστυ Κορίνθου,
νῦν δ' ἅμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς·
ἐνθάδε Φοινίσσας νῆας καὶ Πέρσας ἑλόντες
καὶ Μήδους ἱερὰν Ἑλλάδα ῥυσάμεθα.

97. [158.]

Ἀκμᾶς ἑστακυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν
ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι.

Epigr. 96. Dio Chrys. Or. XXXVII 525: *Ἐν Σαλαμῖνι δ' ἠρίστευσαν (οἱ Κορίνθιοι) καὶ τῆς νίκης αἴτιοι κατέστησαν· Ἡροδότῳ γὰρ οὐ προσέχω, ἀλλὰ τῷ τάφῳ καὶ τῷ Σιμωνίδῃ, ὃς ἐπέγραψεν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τῶν Κορινθίων τεθαμμένοις ἐν Σαλαμῖνι· Ὦ ξένε κτλ.* Legitur omisso poetae nomine ap. Plutarch. de Herod. malign. c. 39. — V. 1. *ὦ ξεῖν'* Brunck, B a m. pr. *ὦ ξεῖνε*, reliqui *ὦ ξένε*. — *εὔυδρον*, Schneidewin *εὔανδρον* coni. — V. 2. *νῦν δ' ἅμ' Αἴαντος* Valckenaer recte, nisi quod *ἁμὲ* scribendum, Dio *νῦν δὲ μετ' Αἴαντος*, Plut. *νῦν δὲ ἀνάματος*. — *ἔχει*, M a pr. m. *ἔχε*. — V. 3. *ἐνθάδε* Plut., *ῥεῖα δὲ* Dio. — *νῆας*, ap. Dion. vulgo *ναῦς*, sed Br. *νῆας*. — V. 4. *ῥυσάμεθα* scripsi praeeunte Iacobsio, ap. Plut. *ῥυόμεθα*, Dio *ἐῤῥυσάμεθα*. Corinthios res a se in proelio Salaminio gestas magni fecisse ipse Herodotus testatur VIII 94: *ἐν πρώτοισι σφέας αὐτοὺς τῆς ναυμαχίης γενέσθαι* neque quisquam praeter Athenienses de his laudibus detrahere conatus est: *μαρτυρεῖ δέ σφι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς*. Itaque non offendit superba oratio, sed *ῥεῖα*, quod rem extenuat magis quam exaggerat, incommodum: hic mendum delitescere vel scripturae diversitas (*ἔνθα*) indicio est, quam recepi, sed malim *πρῶτα*, si quis *πρῶτοι* requirat, conferat Hom. Il. Δ 297 al. In dextro cornu, unde primus impetus factus (Aesch. Pers. 399), propter Lacedaemonios Corinthiorum naves constitutae poterant hanc laudem sibi vindicare. Phoenissae naves sane Atheniensibus erant ex adverso, sed eo nomine hic universa hostium classis significatur. *Πέρσας* simul et *Μήδους* commemorari mirum esse censet Kaibel, immemor Herod. VIII 89 scripsisse *ἀπὸ δὲ* (*ἔθανον*) *ἄλλοι πολλοί τε καὶ οὐνομαστοὶ Περσέων καὶ Μήδων*: quamquam largior in huiusmodi poematio aliquid offensionis habere, itaque ipse conieci *ἔνθ' ἅμα Φοινίσσας νῆας καὶ ναῦτας ἑλόντες καὶ Μήδους*: cf. Herodian. II 16 *τὸ ᾱ ἐκτεινόμενον ἐπὶ πληθυντικῶν αἰτιατικῶν οἱ Δωριεῖς συστέλλουσι, ναύτας, Σκύθας* (hoc ex Hesiodo petitum). Zenodotus Hom. Il. Θ 378 *προφανείσας* corripiendum existimavit, quod Herodianum probavisse mireris. Insolentiam correptionis *Πέρσᾰς* iam olim notavi, Kaibel indocti poetae hanc esse licentiam non recte dicit. Poteris carmen abiudicare Simonidi neque vero in subditiciorum numerum referre. Atqui Simonides in carminibus, quae Doriensibus suppeditavit, potuit Dorici sermonis consuetudinem asciscere.

Epigr. 97. Plut. de Herod. malign. c. 29 affert v. 1 et 2: *Τὸ δ' ἐν Ἰσθμῷ κενοτάφιον ἐπιγραφὴν ἔχει ταύτην· Ἀκμᾶς κτλ.* Eosdem versus 1. 2 exhibent Schol. Aristid. Panath. III 136 (s. p. n.) et Anthol. Pal. VII 250: corr. *Σιμωνίδου*, C *εἰς τοὺς αὐτοὺς* (i. e. *in eos, qui ad Thermopylas ceciderunt*, praecedit Simon. ep. 92). Integrum affert Aristid. II 512. *Alcaeo* trib. Iriarte 91. — V. 1. *Ἀφμᾶς ἑστακυῖαν*, Arist. *ἀκμῆς ἑστηκυῖαν*. — V. 2. *αὐτῶν* Sch. Arist., v. *αὐτῶν*. — V. 3.

δουλοσύνας· Πέρσαις δὲ περὶ φρεσὶ πήματα πάντα
ἤψαμεν, ἀργαλέης μνήματα ναυμαχίας·
ὀστέα δ' ἄμιν ἔχει Σαλαμίς· πατρὶς δὲ Κόρινθος
ἀντ' εὐεργεσίης μνῆμ' ἐπέθηκε τόδε.

— 98. [160.] 1152

Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, οὗ διὰ βουλάς
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

δουλοσύνας, Θ δουλοσύνης. — V. 4. ναυμαχίας, Θ ναυμαχίης. Apparet librarios fere ubique ionicas formas substituisse; doricas qui volet revocaverit, ego satis habui v. 5 ἄμιν scribere, ἄμμιν Brunck, vulgo ἡμῖν. — V. 3—6, quos solus servavit Aristides una cum aliis Simonidis carminibus, quamvis huius epigrammatis auctorem non nominatim testatur, Schneidewin subditicios censet, assentiente Hartungo, cui inprimis paenultimum distichon displicet, sed περιάπτειν cum duplici dativo iunctum non est reprehendendum, usus est poeta figura quae dicitur καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος, quemadmodum apud Homerum ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἤνδανε θυμῷ: sed fortasse Aeschyleum vocabulum restituendum Πέρσαις δὲ περίφροσι i. e. *superbis*, ut simplex verbum ἅπτειν idem sit quod προσάπτειν sive περιάπτειν. Scholiasta Aristidis quod primum tantum distichon adhibuit, nullius est momenti: cum docere dicitur carmen, ὅτι δεῖ βαρβάρων καταφρονεῖν, suspiceris reliqua a librario omissa esse: sed ille ex Anthologia aliqua ad modum Palatinae concinnata descripsit hoc distichon. Kaibel in primo disticho nihil investigavit, quod reprehendat, sed antiquitus in monumento inscriptum esse negat: huic disticho postea additos esse ab aliis v. 3—6 in Corinthiorum laudem, ab aliis encomium Atheniensium epigr. 106, velut a schol. Arist. III 136 (qui quidem huius culpae immunis, vide infra). In his versibus (3—6) cum alia vituperat, quae refellere operae non est pretium, tum μνῆμ' ἐπέθηκε, dicendum enim fuisse ἀνέθηκε, sed exemplis hoc firmare neglexit (nam Rossii supplementum Arch. Aufs. II 581 incertum). Sane σῆμα vel μνῆμα ἐπέθηκε dicitur vulgo de eo, qui in sepulti hominis tumulo monumentum erigit, at quemadmodum κενὸν μνῆμα, κενὸς τύμβος· alia dici solent, ita etiam hic μνῆμα ἐπέθηκε non est addubitandum, ita Homerus χεῦ' Ἀγαμέμνονι τύμβον, ἵν' ἄσβεστον κλέος εἴῃ Od. Δ 585, ubi de honoris simulacro poetam loqui non ex verbis, sed ex rerum necessitudine intelligas.

Epigr. 98. Plut. de Herodoti malign. c. 39: Αὐτός γε μὲν ὁ Ἀδείμαντος, ᾧ πλεῖστα λοιδορούμενος Ἡρόδοτος διατελεῖ καὶ λέγων, μοῦνον ἀπαίρειν τῶν στρατηγῶν ὡς φευξόμενον ἀπ' Ἀρτεμισίου καὶ μὴ περιμενοῦντα, σκόπει τίνα δόξαν εἶχεν· Οὗτος κτλ. Simonidi epigramma attribuit praeter Anth. Pal. VII 347: C Εἰς Ἀδείμαντον τὸν ὑπατικόν· et infra C Σιμωνίδου τοῦ Κήου (nisi forte hoc pertinet ad seq. epigr. VII 348) etiam Dio Chrysost. XXXVII 526: ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ἐπίγραμμα Σιμωνίδῃ εἰς αὐτὸν τὸν στρατηγὸν ἐξαίρετον· οὗτος κτλ. Lemma epigrammatis in Anth. εἰς Ἀδείμαντον τὸν ὑπατικόν vitium contraxisse videtur: praecedit 346 εἰς Σαβῖνον ἐν Κορίνθῳ, itaque corrigendum arbitror εἰς Σαβῖνον τὸν ὑπατικόν et εἰς Ἀδείμαντον ἐν Κορίνθῳ. Ipsa carmina nihil testificantur, sed passim in Anth. adscripta sunt lemmata antiqua, quae commode suppeditant id, quod poeta non indicavit. — V. 1. κείνου om. Plut. — οὗ διὰ βουλὰς Anth. (P διὰ βου-

99. [154.] 1150

Ἄσβεστον κλέος οἵδε φίλῃ περὶ πατρίδι θέντες

λᾶς) et ap. Dion. BMm (r. *οὐ διαβολάς*, v. *οὐ διὰ βονλᾶς*), *ὃν διὰ πᾶσα* Plut. — V. 2. *ἐλευθερίας*, cod. Pal. *ἐλευθερίης*. — Epigramma fortasse non integrum servatum, Plut. et Dio, cum Herodotum redarguunt, exordium carminis sufficere rati sunt. Si hoc epitaphium iure attribuitur Simonidi, scriptum est antequam poeta Syracusas discessit, ut Adimantus tribus fere annis post Salaminiam pugnam mortem obierit, sed longius vitam traxisse videtur Plut. testari: *οὔτ' ἂν ἐτόλμησε τῶν θυγατέρων ὄνομα θέσθαι τῇ μὲν Ναυσινίκην, τῇ δ' Ἀκροθίνιον, τῇ δ' Ἀλεξιβίαν, Ἀριστέα δὲ καλέσαι τὸν υἱόν, εἰ μή τις ἦν ἐπιφάνεια καὶ λαμπρότης περὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἔργων ἐκείνων*. Fortasse non omnes liberi confecto demum Medico bello nati sunt, sed nomina certe *Ναυσινίκη* et *Ἀκροθίνιον* manifesto spectant res gestas, quarum particeps fuerat Adimantus*). Sed Simonidi epigramma abrogandum esse luculenter arguit praeconium insigne, quo poeta prudens poterat Themistoclem decorare, non Adimantum. Sane fides deneganda iis, quae Herodotus de Adimanti ignavia refert, Atheniensium calumniis faciles praebens aures, sed recenti rerum memoria haud quisquam ausus esset hac vaniloquentia derogare Themistoclis meritis, qui omnium confessione consiliis suis universam Graeciam servaverat. Adimantus videtur Themistocle in exilium pulso vel defuncto diem supremum obiisse, itaque tunc Corinthii, ut Atheniensium criminationes repellerent, non dubitaverunt insolenti hoc epitaphio Adimanti memoriam ornare. Qui primus Simonidis epigrammata collegit, cum cognovisset Simonidem res a Corinthiis bello Medico gestas versibus illustravisse, etiam hoc poematium in ordinem recepit, itaque mirum non est, si scriptores, qui Herodoti fidem sub iudicium vocaverunt, tanquam Simonidis testimonio usi sint; equidem obelo notavi. — Imitatur hoc epigramma Aristoteles qui fertur in Peplo ep. 13: *οὗτος Ὀδυσσῆος κείνου τάφος, ὃν διὰ πολλὰ Ἕλληνες πολέμῳ Τρωικῷ εὐτύχεσαν*.

Epigr. 99. Anth. Pal. VII 251: corr. CN *Σιμωνίδου*· C *εἰς τοὺς αὐτοὺς μετὰ Λεωνίδου πεσόντας*. *Alcaeo* tribuitur ap. Iriarte. — Lemmatis nulla est fides; praecedunt 248. 249 Simonidis elogia (ep. 91. 92) eorum, qui Thermopylis occiderunt, sequitur 250 (Sim. ep. 97), quod quoniam in antiquo anthologio lemmate carebat, temere librarius *εἰς τοὺς αὐτοὺς* praescripsit, nam alio spectat epigramma; idem lemma deinde ut solet propagatum ad proxima epigrammata 251 (Simon. ep. 98), 252 Antipatri, 253 (Simon. ep. 92). Et Antipatri quidem epigramma, quod quo spectet postea videbimus, male hoc loco insertum: divellit enim duo Simonidis epigrammata, quae arctissima necessitudine coniuncta esse apparet; item manifestum, non fuisse destinata Leonidae et trecentis Spartanis, neque vero proptera abiudicanda sunt Ceo poetae, id quod olim quamvis dubitanter posui praeeunte Schneidewino p. 152 et comprobante Hartungo. Carmina enim haudquaquam sunt expertia artis Simonideae, ut Schneidewino visum. Equidem non dubito,

*) Iunghahn adversatur Plutarcho, immemor etiam Themistoclem filiabus nomina *Μνησιπτολέμαν* et *Νικομάχην* indidisse, vid. Plut. Themist. c. 32; item nomina *Ἰταλία* et *Σύβαρις* quorsum spectent, aperit Themistoclis oratio ap. Herod. VIII 62. Adimanti filius Aristeus Ol. 87, 1 praefuit Corinthiorum copiis Potidaeae.

κνάνεον θανάτου ἀμφεβάλοντο νέφος·
οὐδὲ τεθνᾶσι θανόντες, ἐπεί σφ' ἀρετὴ καθύπερθεν
κυδαίνουσ' ἀνάγει δώματος ἐξ Ἀΐδεω.

100. [153.] 1149

Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐστὶ μέγιστον,

quin utrumque elogium revocandum sit ad memoriam eorum, qui apud Plataeas cum Medis manus conserentes mortem obierunt, alterum Lacedaemoniorum, Atheniensium alterum praeconio dedicatum; cf. Pausan. IX 2, 5 *τοῖς μὲν οὖν λοιποῖς ἐστιν Ἕλλησι μνῆμα κοινόν, Λακεδαιμονίοις τε καὶ Ἀθηναίοις τοῖς πεσοῦσιν ἰδία τε εἰσὶν οἱ τάφοι, καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γεγραμμένα ἐπ' αὐτοῖς.* Quod proelium non indicatur, non offendit in monumentis, quae eo ipso loco fuerunt sita, ubi pugna commissa, vid. ep. 91. 92. 93; desideramus sane nomina eorum, in quorum honorem carmina fuerunt condita; comparent nomina in titulis Thermopylensibus, contra in Plataeensibus praescripta fuisse consentaneum est. Poeta cum olim (ep. 91. 92. 93) singulis distichis absolvisset elogia, hic uberiore praeconio decoravit viros fortes, et quo expeditius sibi esset iter, nomina gentium segregavit, quae in fronte cipporum supra addita legebantur. Cum verendum esset, ne poeta, si alterutri genti palmam tribuisset, gravem sibi invidiam conflaret, Simonides aequa lance pensitavit laudes omnemque offensionem prudenter evitavit, quo fit, ut gentium nominibus detractis ambigamus, quibus unumquodque elogium destinatum fuerit. Fortasse aliquis existimet ep. 99 propter v. 1 ad Spartanos esse referendum, siquidem *Λακωνικὸν ἐπικήδειον* olim haud ignobile, quod Teles et Plutarchus exhibent (vid. p. 1189 ed. 3)

Οἳ θάνον αὐτὸ ζῆν θέμενοι καλὸν οὔτε τὸ θνήσκειν,
ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι

hac laude impertit Lacedaemonios, at obstat v. 3, nam Graeciae in libertatem vindicatae laudem Athenienses studiosissime expetebant, qui aegre tulissent, si poeta aemulis hoc decus attribuisset, contra Lacedaemonii haud gravate Atheniensibus eiusmodi praeconium concedere soliti erant. Iam si ep. 99 Atheniensibus iure vindicavimus, ep. 98 Lacedaemoniorum esse elogium in aperto est. — V. 1. *οἴδε*, P *οἰδε*, quemadmodum etiam in proximis saepius *οἰδε*, *ἅδε* exhibet, secundum veterum grammaticorum praecepta; cf. ad Theogn. v. 41. — V. 2. *θανάτου*, Ahrens *θανάτοι'*, fortasse vere; in Attico titulo CIA I 465 ubi lapis *OΔOI* exhibet, ambigas utrum *ἔστησ' ἐγγὺς ὁδοῖ' ἀγαθοῦ καὶ (σώφρονος ἀνδρός)* an *ὁδῷ* sit legendum, inscite nuper *ὁδοῦ* illatum. Friedemann *ἀμφεβάλοντο νέφος κυάν. θαν.*, Schneidewin *ζυσάμενοι θανάτου δ' ἀμφ. νε.* — P *ἀμφ' ἐβάλοντο.* — V. 3. *καθύπερθεν*, cod. P *καθύπερθε*.

Epigr. 100. Anthol. Pal. VII 253: corr. *Σιμωνίδου*· C *εἰς τοὺς αὐτούς*. Schol. Aristid. III 154: *ἐπίγραμμα εἰς τοὺς ἐν Πύλαις ἀποθανόντας*, sed B *Σιμωνίδου στίχοι*, D *Σιμωνίδης* (Frommel p. 58 et 59, adde 357 *Σιμωνίδης*). Aristides in Panath. T. I 214 de Spartanis, qui Thermopylis occubuerunt: *ἀπώλοντο ἐνὶ τούτῳ κοσμήσαντες τὴν Ἑλλάδα τῷ καλῶς ἀποθανεῖν καὶ τοσοῦτον ἐπιδειξάμενοι μόνον*. Hinc scholiasta adhibet Simonidis epigramma, quod in anthologio, quo usus est, haud dubie consimili lemmate instructum fuit. *Alcaeo* (Messenio) tribuitur ap. Iriarte, quoniam in Anth. P. VII 247 huius poetae epigramma Simonideis elogiis praemissum est. Reapse Simo-

ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ' ἀπένειμε τύχη·
Ἑλλάδι γὰρ σπεύδοντες ἐλευθερίην περιθεῖναι 1150
κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ.

101. [159.] 1151

Παῖδες Ἀθηναίων Περσῶν στρατὸν ἐξελάσαντες
ἤρκεσαν ἀργαλέην πατρίδι δουλοσύνην.

nidis versus inscripti fuerunt in cippo Atheniensium prope Plataeas, vid. adn. fr. 98. — V. 1. *ἀρετῆς*, Anth. cod. P ex corr. *ἀρετᾶς*. — V. 2. *ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ'* Anth. et BD ap. Schol. Ar., vulgo *ἐκ πάντων τοῦθ' ἡμῖν*. — V. 3. *σπεύδοντες*, D Schol. *σπεύσαντες*. — *ἐλευθερίην*, cod. Pal. BD *ἐλευθερίαν*. — *περιθεῖναι*, cod. Pal. *περὶ θεῖναι*, B *παραθεῖναι*. — V. 4. *ἀγηράντῳ* Planud., *ἀκηράτῳ* Schol., *ἀγηράτῳ* Pal.

Epigr. 101. Schol. Aristid. T. III 155 postquam adscripsit ep. 100 pergit *ἕτεροι τοῦ αὐτοῦ* (D *ἄλλα τοῦ αὐτοῦ Σιμωνίδου* ubi *ἄλλο* ex Frommelii libris corrigendum), item 136 subiecit s. p. n. hos versus primo disticho ep. 97, ubi apparet *καὶ ἄλλο* vel tale quid intercidisse, quemadmodum etiam 155 Paris. A ap. Fr. hoc additamentum neglexit; vana igitur Kaibelii opinio schol. duo carmina in unum coniunxisse, quae copulari nequeunt, ut vel diversitas manifesta *κείμεθα* et *ἤρκεσαν* arguit. (Frommelii libri p. 58. 59 *Simonidis* nomen testantur, 52 omittunt.) Legitur h. ep. etiam in Anthol. Pal. VII 257: corr. in ras. *Ἄδηλον· εἰς τοὺς Ἀθηναίους προμάχους*. Non recte Schneidewin dicit haec inscripta fuisse in monumento Atheniensium ad Salamina occisorum, nam v. 1 pedestre, non navale proelium indicari videtur; itaque rettuli ad Athenienses, qui Plataeis occiderunt (atque id etiam Krüger Hist. Stud. I 71 coniecit) assensusque est Duncker Hist. Antiq. IV 847, atque etiam nunc tueor, quod olim proposui. Elogium Atheniensium in cippo prope Plataeas inscriptum cum supra (ep. 100) exstet, consentaneum est hoc pilae in Ceramico additum fuisse, quemadmodum bina epitaphia Corinthiorum (ep. 96. 97), item Tegeatarum (ep. 102. 103) extant. Sed non integrum servatum hoc epigramma, quemadmodum etiam ep. 97 detruncatum exhibent schol. Arist. et Anth. Pal., h. e. iidem, qui hoc ep. soli propagaverunt. Proelium enim, quo viri fortes occubuerunt, non decebat reticeri in Ceramici monumento, ut testificantur antiqua elogia publica, quae supersunt, in quibus praeter Atheniensium nomen etiam proelium indicatur *ἐπ' Ἠιόνι Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοάς* et *Ποτειδαίας δ' ἀμφὶ πύλας ἔδ(αμεν)*. Videtur autem exordium elogii interceptum esse; scriptum fortasse fuit: *Ἄνδρας μὲν πόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δῆμος Ἐρεχθέως Τούσδε· Πλαταιᾶσιν δ' ἐν προμάχοις ἔθανον Παῖδες Ἀθηναίων· Περσῶν κτλ.*, quemadmodum est in elogio Ol. 87, 1 condito *ἄνδρας μὲμ πόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δῆ . . . . . πρόσθε Ποτειδαίας οἳ θάνον ἔμπρο . . . . . παῖδες Ἀθηναίων· ψυχὰν δ' κτλ.* Asyndeton, quamvis alias Simonides non admiserit, non est offensioni. — V. 1. *ἐξελάσαντες* scripsi, legebatur *ἐξολέσαντες*, quemadmodum est ep. 140, 3 de hoc ipsa pugna Plataeensi *Πέρσας ἐξελάσαντες*, atque confirmat emendationem cod. Paris. A ap. Frommel 357, qui praeterea *παῖδας* exhibet. — V. 2. *δουλοσύνην* Plan., *δουλοσύναν* c. Pal. (sec. m. *δουλοσύνας* correxit, sed deinde *δουλοσύναν* restituit), schol. Arist. utramque scripturam praebent.

102. [165.] 1152

Τῶνδε δι' ἀνθρώπων ἀρετὰν οὐχ ἵκετο καπνός
αἰθέρα δαιομένης εὐρυχόρου Τεγέας·
οἳ βούλοντο πόλιν μὲν ἐλευθερίᾳ τεθαλυῖαν
παισὶ λιπεῖν, αὐτοὶ δ' ἐν προμάχοισι θανεῖν.

Epigr. 102. Anth. Pal. VII 512: corr. *τοῦ αὐτοῦ* (*Σιμωνίδου*), C *εἰς τοὺς Ἕλληνας τοὺς τὴν τέγεαν ἐλευθεροποιήσαντας*. — V. 1. *ἀνθρώπων* insolenter dictum, antiqua corruptela delitescere videtur, fort. *ἀνορέαν ἀρετάν τ'* vel *ἠρῴαν ἀρετάν*, cf. Pind. Ol. XIII 51. Schmidt *ἀνορέαν τ' ἐρατὴν* coniecit. — V. 2. *Τεγέας* Schneidewin, vulgo *Τεγέης*. — V. 4. *θανεῖν*, olim Schneidewinum secutus invitus *πεσεῖν* edidi. Hoc epigramma sicut proximum (103) quorsum spectet incertum: lemmata Anthol. Pal. hic quoque fide indigna, nam apparet utrumque poematium Tegeatarum praedicare virtutem, qui patriam urbem adversus hostes fortiter defenderunt. O. Müller Dor. 1, 188 refert ad bellum Tegeatarum et Spartanorum, quod post Ol. 75, 2 sed ante Ol. 78, 4 gestum esse statuit; sed saepius Tegeatae et Spartani inimicitias agitaverunt: ut antiquiora bella praetermittam (vid. Herod. I 65), etiam ante belli Medici incendium Spartani infesti erant Tegeatis, vid. Herod. IX 37. Accedit, quod haudquaquam certum est haec ad bellum cum Spartanis gestum referenda esse, inprimis epigr. 103 v. 4 cum hac interpretatione non satis convenit. Facile apparet duo haec epigrammata eiusdem poetae esse et easdem res a Tegeatis gestas praedicare: plane enim inter se conspirant; hoc inde repetendum, quod alterum (103) sepulcro (*ὧν ὅδε τύμβος*) fuit destinatum, alterum (102) inani sive honorario tumulo inscriptum, qua necessitudine etiam ep. 96 et 97 coniuncta esse apparet. Iam si Tegeatae haud procul ab urbe secundo Marte cum hostibus conflixerant, inani tumulo haud fuerit opus, itaque bellum hoc extra fines gestum esse consentaneum est. Equidem non dubito haec poematia ad res a Tegeatis bello Medico gestas referre, quos constat proelio ad Plataeas interfuisse et post proelium seorsim suis tumulum exstruxisse, vid. Herod. IX 85 *Τεγεῆται δὲ χωρὶς πάντας ἀλέας* (*ἔθαψαν*), quibus petentibus Simonides utrumque elogium gratificatus est, nam insignis nitor carminum huius poetae operam satis superque testatur, quamvis Kaibel utrumque demonstrativi esse generis existimet, poetam nihil praeter sententiarum acumina sectatum esse professus. Sane ep. 102 bellum cum finitimis gestum videtur spectare, sed ep. 103 arguit universae Graeciae salutem in discrimen vocatam fuisse; nam si recte v. 4 *ἀποφθιμένη* restitui, poeta dicit Tegeatas fortiter pugnavisse pro urbe sua, ut communis patriae salutem tuerentur: Graecia enim subacta se quoque hostilis dominationis haud fore expertes intellexerunt*) Insignem enim patriae amorem ea tempestate Tegeatae probaverunt, qui et Spartanos tergiversantes perpulerunt, ut Atheniensibus opem ferrent, et inprimis auctores fuerunt, ut dissidia Graecarum civitatum Medico tumultu ingruente componeretur: cf. Herod. IX 9. Plut. Themist. c. 6 et de Herod. malign. c. 41. Polyaen. V 30. Poeta quod Tegeatas pro sua urbe, non pro Graecia propugna-

*) Ac fortasse in lemmate olim fuit scriptum *εἰς τοὺς Τεγεάτας τοὺς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροποίησαντας*, quod immutavit librarii procacis inscitia.

103. [166.] 1153

Εὐθυμάχων ἀνδρῶν μνησώμεθα, τῶν ὅδε τύμβος,
οἳ θάνον εὔμηλον ῥυόμενοι Τεγέαν,
αἰχμηταὶ πρὸ πόληος, ἵνα σφίσι μὴ καθέληται
Ἑλλὰς ἀποφθιμένη κρατὸς ἐλευθερίαν.

104. [161.] 1152

Ἀμφί τε Βυζάντειαν ὅσοι θάνον, ἰχθυόεσσαν
ῥυόμενοι χώραν, ἄνδρες ἀρηιθόοι.

— 105. 1153

Οἵδε παρ' Εὐρυμέδοντά ποτ' ἀγλαὸν ὤλεσαν ἦβην
μαρνάμενοι Μήδων τοξοφόρων προμάχοις
αἰχμηταί, πεζοί τε καὶ ὠκυπόρων ἐπὶ νηῶν,
κάλλιστον δ' ἀρετῆς μνῆμ' ἔλιπον φθίμενοι.

visse dicit, haud obscure significat de sua potissimum salute sollicitos fuisse, cum orator Tegeatarum fortis consilii auctor fieret*), item eius populares gloriosi laboris participes sui honoris studiosos fuisse**).

Epigr. 103. Anth. Pal. VII 442: corr. *Σιμωνίδου*: C *εἰς τοὺς ἐν τεγέᾳ πεσόντας ἀριστεῖς ἀθηναίους*. — V. 1. *μνησώμεθα*, Schneidewin *μνασώμεθα*. — V. 2. *Τεγέαν*, P *τέγεαν*. — V. 3. *αἰχμηταί*, Schneidewin *αἰχματαί*. — V. 4. *ἀποφθιμένη* scripsi, cod. Pal. *ἀποφθιμένου*, Planudes suo periculo, ut solet, *ἀποφθιμένοις κάρτος ἐλευθερίας* (Urs. . . *ίης*), Iacobs coni. *ἀπ' ἰφθίμου κρατὸς ἐλευθερίαν*.

Epigr. 104. Aristid. II 511 sine poetae n. affert sed una cum aliis Simonidis epigrammatis. — V. 1. *Βυζάντειαν* scripsi, cf. Steph. Byz. *Βυζάντιον· . . . ἔστι καὶ ἐπὶ τῆς χώρας Βυζάντεια διὰ διφθόγγου*, Scaliger *Βυζάντειον*, vulgo *Βυζάντιον*. — *θάνον* Scaliger, vulgo *θάνατον*.

Epigr. 105. Anthol. Pal. VII 258: corr. *Σιμωνίδου*· C *εἰς τοὺς μετὰ κίμωνος ἐν εὐρυμέδοντι ἀριστεύσαντας*. — V. 1. *οἵδε*, P *οἵδε*. — *Εὐρυμέδοντα* cod. Pal., *Εὐρυμέδοντι* Plan. — *ποτ'* haud infrequens in epitaphiis, vid. 106, 1, hoc quidem loco numero versus non satis conveniens, fortasse *κατ' ἀγλαὸν ὤλεσαν ἦβην*, quo composito utitur Aeschylus. — *ἀγλαὸν* Plan., *ἀγλαὰν* cod. P. — *ἦβην*, cod. P supra *ἦβαν*. — V. 3. *αἰχμηταί* Plan., *αἰχμηταῖς* cod. Pal. — Simonidi Krüger abiudicat Hist. Stud. I 67 exile poematium vocans, iniuria ille quidem. A Simonide sane victorias ad Eurymedontem reportatas celebrari potuisse supra p. 446 negavi, itaque obelo confixi poematium, neque vero novicium est vel demonstrativum, sed antiquum; videtur hoc epigramma Athenis columellae in Ceramico inscriptum fuisse, cf. Paus. I 29, 13.

*) Oratoris nomen (*Χείλεως*, *Χείλεος*, *Ξίλιος* de vitio suspectum, nec tamen ausim *Ἐχέλαος* sive *Ἐχεῖλαος* corrigere.

**) Simonides memor erat eorum, quae Herod. IX 25 refert de contentione inter Tegeatas et Athenienses ante pugnam Plataeensem.

106.

Τῶνδέ ποτ' ἐν στέρνοισι τανυγλώχινας ὀϊστούς
λοῦσεν φοινίσσᾳ θοῦρος Ἄρης ψακάδι,
ἀντὶ δ' ἀκοντοδόκων ἀνδρῶν μνημεῖα θανόντων 1154
ἄψυχ'. ἐμψύχων ἅδε κέκευθε κόνις.

107. [167.]

Ἑλλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἀέξειν

Epigr. 106. Anthol. Pal. VII 443: corr. *Σιμωνίδου*· C *εἰς τοὺς πεσόντας παρ εὐρυμέδοντα ποταμὸν Ἕλληνας*. Disseruit de hoc carmine Hecker I 224. II 291. Schneiderus demonstrativi generis esse existimavit, quod ab inepto rhetore sit fictum, Schneidewin abiudicavit Simonidi, quoniam res ad Eurymedontem gestae sint poeta iam defuncto, Hecker tuetur, carmen vel maxime Simonide dignum iudicans. Hic quoque incertum, quae fides sit lemmatis cod. P, nam in ipso poematio nihil inest, quod pugnam ad Eurymedontem intelligendam esse suadeat. Si epigramma in antiquo anthologio lemmate carebat et praecedebat sive ep. 105 sive 142, vel utrumque, proclivi errore poterat librarius iterare summarium. Neque audeo carmen, quod quas res gestas spectet prorsus ignoramus, Simonidi abiudicare: alterum sane distichon argutiis insigne, sed versatile poetae ingenium ubique asciscere solet orationis filum instituto conveniens variatque pro ingenio eorum, quibus poemata destinavit. — V. 1. *ποτ' ἐν* Meineke, legebatur *ποτὲ*. — *τανυγλώχινας* P m. s. et Iacobs, vulgo *τανυγλωχῖνας*. — V. 2. *φοινίσσᾳ*, P *φοινίσσαι*. — *ψακάδι* (*ι* ex corr. m. s., fuit *ψακάδα*) cod. Pal., *ψεκάδι* Brunck. — V. 3. *ἀντὶ*, Hecker olim *οὔτι*, quod postea ipse abiecit. — *μνημεῖα*, fort. *μναμεῖα*. — *ἀκοντοδόκων* alias non legitur: hunc ipsum versum opinor resp. Et. M. 50, 55 quamquam non recte *ὁ ἐπιτηρῶν*, *μή που ἀκοντίῳ βληθῇ* interpretatur, nam est vir fortis, qui telorum ictus excipere non dubitat. — V. 4. *ἅδε*, P *ἄδε*. — Hunc versum subditicium censet Iacobs iniuria, *μνημεῖα* nihil aliud est quam *λείψανα*, cineres et ossae, quae poeta *ἄψυχα* dicit, mortuos ipsos *ἐμψύχους*, quandoquidem viri fortes etiam post mortem aeterna vigent memoria. Antitheti figura satis tuetur *ἐμψύχων*, cf. Aristot. Rhet. III 10 *κινδυνεύοντος γὰρ αὐτοῦ ἱκετεύει ἡ εἰκών, τὸ ἄψυχον δὴ ἔμψυχον, τὸ ὑπόμνημα τῶν τῆς πόλεως ἔργων*. Frustra haec coniecturis tentaverunt, velut coniecit Meineke *ἄψυχ' εὐψύχων*, Hecker olim *ἄψυχ' ἐμψυχῶντ'*, Hartung *ἄψυχ' ἀψύχων τάνδε κέκευθε κόνιν*. Denique Hecker postea proposuit *ἄψυχ' ἐμψύχων ἅδε κέλευθος ἔχει*.

Epigr. 107. Boeckh Corp. Inscr. I 1051: *Τὸ ἐπίγραμμα τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ ἀποθανόντων καὶ κειμένων ἐνταῦθα ἡρώων· ἀπολόμενον δὲ τῷ χρόνῳ Ἑλλάδιος ὁ ἀρχιερεὺς ἐπ[εσκεύασε]. . . . . Σιμωνίδης. Ἑλλάδι κτλ. Μέχρις ἐφ' ἡμῶν δὲ ἡ πόλις καὶ ταῦρον ἐνήγιζεν*. Respicere videtur hoc monumentum Pausan. I 43, 3: *εἰσὶ δὲ τάφοι Μεγαρεῦσιν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν μὲν τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐποίησαν κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Μήδου*. Kaibel garrulitatem et dictionem parum elegantem castigat, miraturque unde Helladius resciverit Simonidis esse epigramma, cum poetae nomen non fuerit additum antiquo exemplo; fortasse ex scholio Theocriteo (vid. fr. 199) ascitum esse poetae nomen. Receperunt opinor in ordinem, qui

ἱέμενοι θανάτου μοῖραν ἐδεξάμεθα·
τοὶ μὲν ὑπ' Εὐβοίας ἄκρῳ πάγῳ, ἔνθα καλεῖται
ἁγνᾶς Ἀρτέμιδος τοξοφόρου τέμενος·
τοῖ δ' ἐν ὄρει Μυκάλας, τοὶ δ' ἔμπροσθεν Σαλαμῖνος,
(ναῶν Φοινισσᾶν ἐξολέσαντες Ἄρη,)
τοὶ δὲ καὶ ἐν πεδίῳ Βοιωτίῳ, οἵτινες ἔτλαν
χεῖρας ἐπ' ἀνθρώπους ἱππομάχους ἱέναι.
ἀστοὶ δὲ (μνᾶμ') ἄμμι τόδε γέρας ὁμφαλῷ ἀμφὶ
Νισαίων ἔπορον δαμοδόκων ἀγόρων.

108.

Χαίρετ' ἀριστῆες πολέμου μέγα κῦδος ἔχοντες
κοῦροι Ἀθηναίων ἔξοχοι ἱπποσύνῃ,
οἵ ποτε καλλιχόρου περὶ πατρίδος ὠλέσαθ' ἥβην
πλείστοις Ἑλλάνων ἀντία μαρνάμενοι.

Simonidis epigrammata collegerunt. — V. 1. *Ἑλλάδι*, lapis *ΚΑΛΑΔΙ*. *ἀέξειν*, l. *ΑΕΞΙΝ*. — V. 2. *ἱέμενοι*, l. *ΠΕΜΕΝΟΙ*. — *μοῖραν ἐδεξάμεθα*, l. *ΛΟΙΡΑΝΕΔΕΞΑΜΘΟΑΜΕ*. — V. 3. *Εὐβοίας ἄκρῳ πάγῳ* scripsi, l. *ΕΤΡΟΙΑΚ*$_*$*ΙΠΑΧΩ*, Boeckh *Εὐβοίᾳ ναυσικλύτῳ*, Schneidewin partim ex Emperii coni. *Εὐβοίας ἁλίῳ πάγῳ*. — *καλεῖται*, l. *ΚΑΛΕΙΤΕ*. — V. 4. *ἁγνᾶς*, l. *ΕΑΓΝΑΕ*, id est *Ϝαγνᾶς*. — *τοξοφόρου*, l. *ΤΟΞΟΦΙΟΤ*. — V. 5. *ὄρει Μυκάλας*, l. *ΟΡΙΜΟΙΚΑΛΑΣ*. — *ἔμπροσθεν Σαλαμῖνος*, l. *ΕΝΠΡΟCΘΕΣΑΛΑΜϹΙΝΟC*. — V. 6 vel a lapicida vel a Fourmontio omissum supplevit Boeckh. — V. 7. *πεδίῳ*, l. *ΠΑΙΔΙΩ* et deinde *ΒΟΙΟCΤ.Ω*. — V. 8. *ἱέναι*, l. *ΙΕΝΕ*. Conieci *ἱέναι ἱππομάχους*. — V. 9. *ἀστοὶ δὲ μνᾶμ' ἄμμι* scripsi, l. *ΑCΤΟΙΔΕΑΜΜΙ*, Hartung *ἀστοὶ δ' ἄμμι τόδ' αὖ γέρας* et deinde cum Boeckhio *ὁμφ. ἀμφὶ πόληος*. Hecker *τόδ' ἓν γέρας*. — *γέρας*, in proecdosi scripsi *κτέρας*, quod etiam Ahrens coniecit; sed conf. Epigr. Atticum ap. Rangabé Antiq. Hell. I 25: *Σῆμα τόδε Κύλων παίδοιν ἐπέθηκε θανόντοιν Μνῆμα φιλημοσύνης*. — *ὁμφαλῷ ἀμφί*, l. *ΟΜΦΑΔΩΑΛΦΙΙΙ*. — V. 10. *Νισαίων ἔπορον δαμοδόκων ἀγόρων* scripsi (idque recepit Hartung, nisi quod *ἀγόρῳ* scripsit), l. *ΝΕΙϹΕΟΝΕϹΤΟΡΟΝΑΜΟΔΟΚΩΝΓΑΟΡΩ*. Boeckh coni. *ἀστοὶ δ' ἄμμι πόρον γέρας ὁμφαλῷ ἀμφὶ πόληος Νικέων ἡμετέρων ἀλλοδαπῶν παρ' ὅρων*, Schneidewin *ἀστοὶ δ' ἄμμι τόδε γ. ὁ. ἀμφὶ πόληος Νισαίων ἔπορον λαοδόκῳ ἀγορᾷ*.

Epigr. 108. Anth. Pal. VII 254: corr. *Σιμωνίδου* · C *εἰς τοὺς Ἀθηναίων προμάχους*. *Simonidi* tribuitur etiam ap. Iriarte p. 94. — V. 2. P a pr. m. *ἱπποσύνη*. — V. 4. *Ἑλλάνων*, Schneidewin *Ἑλλήνων*. — *μαρνάμενοι* cod. P in m. (et Plan.), in textu *μαχόμεναι*. — Schneidewin praeeunte Opsopoeo Simonidi abiudicat epigramma, quod ad bellum Peloponnesium referendum esse censet. Sed ad bellum pertinet, quod circa Ol. 68, 3 Spartani eorumque socii Cleomene et Demarato ducibus, quorum auspicia etiam Boeoti et Chalcidenses secuti sunt, Atheniensibus intulerunt, quod bellum, ut suspicor, non iniuria *πόλεμος Πελοποννησιακός* ab Atheniensibus dictum est, cf. Schol. Pind. Isthm. VI 34. In hoc bellum prorsus cadit quod hic legitur *πλείστοις*

109. [168.]

Τούσδε ποτ' ἐκ Σπάρτας ἀκροθίνια Φοίβῳ ἄγοντας
ἓν πέλαγος, μία νύξ, εἷς τάφος ἐκτέρισεν.

110. [169.]

Θηρῶν μὲν κάρτιστος ἐγώ, θνατῶν δ', ὃν ἐγὼ νῦν
φρουρῶ, τῷδε τάφῳ λάϊνος ἐμβεβαώς.

Ἑλλάνων κτλ. Equites, qui fortasse in pugna equestri prope Eleusinem ceciderunt, poterant hac ipsa urbe oriundi esse, ut *καλλίχορος πατρίς*. Eleusis, non Athenarum urbs sit. Eleusinium enim agrum Cleomenes nihil veritus loci sanctimoniam vastum fecit (Herod. VI 75. Pausan. III 4, 2), id quod Athenienses aegerrime tulerunt. Prope templum Cereris erat fons *Καλλίχορος*, vid. Pausan. I 38, 6 *ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν καὶ ᾖσαν ἐς θεόν*, adde Hom. h. in Cer. 271 et Callim. in Cer. Kaibel Opsopoeo et Schneidewino assensus est.

Epigr. 109. Anth. Pal. VII 270: corr. *Σιμωνίδου*· C *εἰς τοὺς ἀπὸ σπάρτης ναναγήσαντας* et rursus p. 310 post VII 650 non sine mira lectionis varietate aliter inscriptum: corr. *Σιμωνίδου*: C *εἰς ναυηγούς τινας ἐν τυρρηνία ναναγήσαντας*. — V. 1. Altero loco *τούσδ' ἀπὸ Τυρρηνῶν*. Finsler zur gr. Anth. 91 hanc lectionem Cephalae interpolationi adscribit, mihi secus videtur, nam P altero loco emendatas lectiones *Φοίβῳ ἄγοντας* et *ἓν σκάφος* exhibet, atque si Apollini Pythio, ut consentaneum est, donaria destinata fuerunt, Spartanos legatos credideris itinere pedestri se Delphos contulisse, quamquam poterant sinum Corinthiacum navi traiicere. Si *ἀπὸ Τυρρηνῶν* probaveris, non Tyrrheni dedicant primitias Apollini, sed manubiae de Tyrrhenis deo offeruntur, nam *ἀπὸ* solenni more dici solet de manubiis, ut ep. 134 *ταῦτ' ἀπὸ δυσμενέων Μήδων ὅπλα*. Aeschines adv. Ctesiph. 116: *ἐπεγράψαμεν τὸ προσῆκον ἐπίγραμμα· Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαίων ὅτε τἀναντία τοῖς Ἕλλησιν ἐμάχοντο*, aliisque plurimis locis. Singularis plane inscriptio galeae, quam Hiero Olympio Iovi dedicavit Tyrrhenis prope Cumam devictis CIGr. I 16 *τῷ Δὶ Τυρ(ρ)άν' ἀπὸ Κύμας*, ubi *ἀπὸ* eodem modo dictum est, quo Simon. ep. 135 *ἀνδρῶν γενεὰν Ἀσίας ἀπὸ χώρας*. Sin usitatam interpretationem verbis *ἀπὸ Τυρρανῶν* adhibemus, patriam legatorum, quam epitaphium praetermittit, in pila tumuli significatam esse necesse est, ac possis accipere de manubiis, quas Hiero post victoriam ad Cumam continuo obtulit Apollini Pythio, sicut regem tunc arma Tyrrhenorum Olympiam misisse constat. Simonides, qui Hieronis hospitio tunc utebatur, epitaphium scripsisse censendus est; certe nihil causae est, cur carmen hoc Simonidi abiudicemus: si v. 2 in memoriam revocat Callimachi et *τῶν νεωτέρων* epigrammata, quae uno disticho constant, tenendum est, hos sedulo Cei poetae vestigia legere. — *ἀκροθίνια*, *ἀκροθήνια* cod. Pal. et Pl. — *Φοίβῳ ἄγοντας*, cod. P priore l. *Φοῖβ' ἀγαγόντας*. — V. 2. *νύξ* cod. P priore l., altero cum Pl. *ναῦς*. — *εἷς τάφος*, cod. P priore l. Plan. *ἓν σκάφος*.

Epigr. 110. Anth. Pal. VII 344: corr. *Σιμωνίδου*· C *εἰς λέοντά τινα, ὃν ἐφρούρει λέων μαρμάρινος*. *Θηρῶν . . . ἐμβεβαώς* (v. 1. 2). — V. 2. *φρουρῶ*, fort. *φρουρέω*. — *λάϊνος* Meineke et M. Schmidt, neque aliter legit lemmatis auctor, cod. P *λαΐνῳ*. — Huic disticho sub-

[ἀλλ' εἰ μὴ θυμόν γε Λέων ἐμὸν οὔνομά τ' εἶχεν,
οὐκ ἂν ἐγὼ τύμβῳ τῷδ' ἐπέθηκα πόδας.]

iunxerunt Huetius et Iacobs alterum distichon, quod legitur corr. manu scriptum in eadem codicis pagina post VII 350 cum hoc lemmate: *Καλλιμάχου· εἰς λέοντά τινα, ὃν λέων ἐπὶ τοῦ λάρνακος ἔσκεπε λίθινος.* Continuo se excipiunt haec disticha ap. Plan. et Iriart. 94 (ap. Plan. secundo disticho praemissum *ἄδηλον*); eundemque ordinem veteris Anthologii fuisse apparet. — V. 3. *γε*, Hartung *τε* scripsit. — *οὔνομά τ'*, Plan. *ὡς ὄνομ'*, ex coniectura manifesta. — Cancellis saepsi alterum distichon, quod quamvis spectet praegressum, non tamen eiusdem est poetae. A Iacobsio, cui continuum carmen videbatur, iure Schneidewin discessit, quem alii secuti sunt. Prius distichon *Simonidi*, *Callimacho* alterum Meineke et O. Schneider attribuunt; prius distichon Schneidewin ad Leonidae tumulum rettulit coll. Herod. VII 225 *ὁ δὲ κολωνός ἐστι ἐν τῇ ἐσόδῳ ὅκου νῦν ὁ λίθινος λέων ἕστηκεν ἐπὶ Λεωνίδῃ*: sed huic monumento, quod videtur Herodoti demum saeculo excitatum esse, titulum subscriptum fuisse non est verisimile:*) itaque carmen Simonidi abrogandum et demonstrativis poematis foret adscribendum, quemadmodum Lollii Bassi Anth. VII 243 (*ἦν δ' ἐσορῇς ἐπ' ἐμεῦ λοβόστρυχον εἰκόνα θηρός, ἔννεπε τοῦ ταγοῦ μνῆμα Λεωνίδεω*): sed eius generis speciem haudquaquam prae se fert. Neque debebant Meineke et Schneider alterum Callimacho vindicare, quod recte ap. Plan. *ἄδηλον* inscribitur, utrumque carmen ad *Leontem* aliquem referendum est, ut lemmata indicant: Leontis tumulo leonis signum impositum simul nomen viri et fortitudinem insignem notabat; poeta quorsum spectaret monumentum significasse satis habuit, ratus aequales non ignoraturos, cui simulacrum illud dedicatum fuerit. Postea vero alius quis subscripsit alterum distichon, ut aenigma quod videbatur postgenitis expediret, quemadmodum alias quoque ab aliena manu epigrammatis additi sunt versiculi**), quos a Callimacho plane alienos esse apparet. Prioris epigrammatis paradosis incerta, nam videtur in vetere Anthologio tam Simonidis quam Callimachi nomen adscriptum fuisse, sed Simonidis nomen aliqua ex parte confirmat lemma proximi ep. Anth. VII 345 *ἀδέσποτον· οἱ δὲ Σιμωνίδου*, cuius auctorem Aeschrionem Samium esse testificatur Athenaeus; Simonidi non potuit attribui carmen in Philaenidem nisi errore, cui praegressum carmen ansam dedit. Carmen haud dubie antiquum; si Simonidis est, possis ad Leontem Troezenium referre, quem ad Sciathum Troezeniorum navi capta Persarum nautae mactaverunt, ut Herodotus auctor est VII 180: *καὶ ἔπειτα τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς τὸν καλλιστεύοντα ἀγαγόντες ἐπὶ τῆς πρῴρης τῆς νηὸς ἔσφαξαν διαδέξιον***) *ποιεύμενοι τὸν ἐλὸν τῶν Ἑλλήνων πρῶτον καὶ κάλλιστον· τῷ δὲ σφαγιασθέντι τούτῳ οὔνομα*

*) Pausanias certe III 8, 2 (adscripsi locum ad ep. 138) nullum epigramma neque Simonidis neque alius poetae publico monumento in Leonidae honorem inscriptum novit.

**) Conf. Simon. ep. 128 et 129. Etiam in lapidibus antiquis passim eiusmodi additamenta deprehendimus, denique librarii idem ausi sunt, velut in vita Aristotelis novissima duo trimetri contumeliosi leguntur, quos describens librarius adiecit *ἀναλφάβητος οὐτοσὶ στιχογράφος κτλ.*

***) Haud scio an corrigendum sit *ἔσφαξαν τῷ Διὶ δεξιὸν ποιεύμενοι.*

111. [170.] 1156

Ἀνδρὸς ἀριστεύσαντος ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ
Ἱππίου Ἀρχεδίκην ἥδε κέκευθε κόνις·
ἣ πατρός τε καὶ ἀνδρὸς ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων
παίδων τ', οὐκ ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην.

112. [172.]

Μνήσομαι, οὐ γὰρ ἔοικεν ἀνώνυμον ἐνθάδ' Ἀρχεναύτεω
κεῖσθαι θανοῦσαν ἀγλαὰν ἄκοιτιν
Ξανθίππην, Περιάνδρου ἀπέκγονον, ὃς ποθ' ὑψικύργου
σήμαινε λαοῖς τέρμ' ἔχων Κορίνθου.

ἦν Λέων· τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ οὐνόματος ἐπαύροιτο. Consentaneum est eius, qui primus in hoc bello pro Graeciae libertate animam reddidit, non inhonoratam fuisse memoriam, ac fortasse extrema Herodoti verba, quae sunt ambigua, huc spectant. Constat omnino Graecos fortium virorum tumulis leonis signum imponere. solitos esse*), cf. Antipatri ep. Anth. Pal. VII 426, ubi viator leonem in sepulcro conspiciens quaerit, quem servet, cui ille regerit *υἱὸς Θευδώροιο Τελευτίας, ὃς μέγα πάντων φέρτερος ἦν, θηρῶν ὅσσον ἐγὼ κέκριμαι· οὐχὶ μάταν ἕστακα, φέρω δ' ἔτι σύμβολον ἀλκᾶς ἀνέρος· ἦν γὰρ δὴ δυσμενέεσσι λέων*, quo loco non recte usus Iunghahn ap. Simon. v. 1 *πάντων* pro *θνατῶν* tentavit, sed *θνατῶν* ubi praecessit *θηῶρν* non plus offensionis habet, quam ep. ap. Kaibel 242: *ἦ ῥ' ἐτύμως τόδε σᾶμα λέοντε (δύ' ἐμφρουρεῦσιν), οἳ μὲν γὰρ θηρῶν φέρτατοι, οἳ δὲ βρο(τῶν)* (ita enim redintegro). Utrumque carmen ad clarum aliquod exemplar, Simonidis ut puto hoc epitaphium, conformatum est.

Epigr. 111. Thuc. VI 59: *Ἱππόκλου γοῦν τοῦ Λαμπσακηνοῦ τυράννου Αἰαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτοῦ μετὰ ταῦτα Ἀρχεδίκην Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῷ ἔδωκεν (Ἱππίας), αἰσθανόμενος αὐτοὺς μέγα παρὰ βασιλεῖ Δαρείῳ δύνασθαι· καὶ αὐτῆς σῆμα ἐν Λαμψάκῳ ἐστὶν ἐπίγραμμα ἔχον τόδε· Ἀνδρὸς κτλ. Simonidis* esse docet Aristotel. Rhetor. 1, 9 qui v. 3 affert: *Καὶ τὸ τοῦ Σιμωνίδου· ἣ πατρὸς κτλ.* Schol. ad h. l. ap. Cramer An. Par. I 267, 26: *ἔνιοι ἔφασαν ὡς τῆς Ἑκάβης ταῦτα· ἣ π. τε καὶ ἀ. οὖσα ἀδελφῶν τε τυράννων Δυσδαίμων γενόμαν πασῶν οἰκτροτάτη*, inepte ut nihil supra; sed fortasse aliquis, qui belli Troiani heroas epigrammatis ornavit, ad Hecubam transtulit, *δυσδαίμων πασῶν οἰκτροτάτη γενόμαν* substituens. V. 3 et 4 affert Isidor. Pelus. Ep. III 224: *Ἀρχεδίκη, πατρός, ἀνδρὸς κτλ.* — V. 2. *Ἀρχεδίκην*, A *ἀρχεδίκης*. — *κέκευθε*, K *κεύθει*. — V. 3. *τ'* om. i. — V. 4. E *νοῦν ἐσασταστασθαλίην*.

Epigr. 112. Anth. Pal. XIII 26: *Σιμωνίδου ἐπὶ τῶι* $\overline{\Delta}$ *μέτρ μείουρ Γ' μετρ* (omnia ab eadem m.). — V. 4. *τέρμ' ἔχων*, Salmasius

*) Lysippi summi artificis leo vulneratus ut videtur ornabat tumulum Cyzicenorum, qui cum Arrhidaeus urbem obsidione premeret, fortiter dimicantes ceciderunt. Neque vero huc pertinet leo, qui etiam nunc in insula Ceo visitur, qui in promontorio, cui *λέων* nomen fuit, extat, de quo vid. Broendstedt Itiner. I p. 32.

113. [173.]

Σῆμα καταφθιμένοιο Μεγακλέος εὖτ' ἂν ἴδωμαι,
οἰκτείρω σε, τάλαν Καλλία, οἷ' ἔπαθες.

114. [64.] 1157

Ἠερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας, ὤφελεν Ἴστρον

coniecit *ἕρμ' ἔχων*, recte improbante Buttmanno in Lexilogo I 113. Eodem modo principes *τέλος ἔχειν*, magistratus summus *τελεστής*, *οἱ ἐν τέλει* dicuntur.

Epigr. 113. Anth. Pal. VII 511: corr. *τοῦ αὐτοῦ* (*Σιμωνίδου*)· C *εἰς Μεγακλέα*. Epigramma manifesto mutilatum; elegiae particulam esse censet Schneidewin, neque integrum est carmen, quamvis Kaibelio secus videatur, sed mihi detrimentum resarciri posse videtur, si ep. 114 quod et ipsum criticis imperfectum visum est, huic disticho subiiciatur. Cum in vetere Anthologio forte hoc poematium diremtum esset (librarius v. 2 addidit coronidem, quoniam v. 3 novi carminis exordium esse credidit)*), has particulas diversis locis inseruit, qui Anthologiam Pal. adornavit, id quod aliis quoque locis animadvertimus. Sane plurima Simonidis epigrammata singulis vel binis vel ternis inclusa sunt distichis, sed hunc modulum excedunt, ut incertae auctoritatis carmina praetermittam, ep. 107 et 115, alterum decem, alterum duodecim versibus absolutum. Huius poematii versus octo eo minus offensionis habent, quod non fuit tumulo inscriptum, sed epistolium consolandi causa missum Calliae, cuius filius Megacles naufragio prope Geraneam interiit: adolescentis tumulum imaginarium in littore Scironio propter viam visitans poeta quoties ad mercatus conventusque Graecorum in Peloponnesum proficiscebatur, nunquam non hunc casum commiseratus est. Calliae et Megaclis nomina Atticam originem satis testantur. Fortasse post v. 2 aliquot versus intercepti, quam iacturam licet resarcire, si novissimum distichon, quod Alcaei Messenii epigrammati VII 495 adhaerescit

Ἠθέων δακρυτὸς ἅπας μόρος· ἐν δὲ θαλάσσῃ
πλεῖστα πολυκλαύτου κήδεα ναυτιλίης

praemiseris Simonidis ep. 1 quod continuo subsequitur VII 496 *Ἠερίη Γεράνεια*. Ascito enim hoc disticho iam nihil desideraveris, quandoquidem reliquiae epigrammatis Simonidei *Σῆμα καταφθιμένοιο* et *Ἠερίη Γεράνεια* arcta necessitudine vincta sunt. Vicissim distichon illud, si copulatur cum Alcaei poemate, satis otiosum additamentum: atque paradosin vitio laborare etiam correctoris adnotatio indicio est, qui ad Alcaei v. 3 adscripsit: *ὅτι διηρημένον εὗρον τὸ ἐπίγραμμα τὸ στυγνὸς ἐπ' ἀρκτούρωι* (v. 1) *καὶ τὸ οὐ στίχεις παρὰ τύμβον ὁδοιπόρε* (v. 3): fuit igitur in antiquo exemplo perperam dist. 1 a dist. 2 diremtum, cum potius dist. 3, quod Simonidi vindicaverim, sit segregandum. — V. 1. *Μεγακλέος*, cod. P *μέγα κλέος*. — V. 2. *οἰκτείρω*, Kaibel *οἰκτίρω*.

Epigr. 114. Anth. Pal. VII 496: corr. *Σιμωνίδου*· C *εἰς τινὰ ναυηγὸν ἐν γερανείᾳ καὶ ταῖς σκιρωνίσι πέτραις ναναγήσαντα*. — V. 1.

*) Accidit hoc in cod. Pal. cum alias, tum in Callimachi carmine VII 272, ubi Planudes germanam paradosin tuetur.

τῆλε καὶ ἐς Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης 1158
ἀγέα μαινομένης ἀμφὶ Μολουριάδα·
ν῀υν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς, οἱ δὲ βαρεῖαν
ναυτιλίην κενεοὶ τῆδε βοῶσι τάφοι.

ὤφελεν, Salmasius ὤφελες, quod non debebant editores sequi. — Ἴστρον, cod. P supra ἴστρον. — V. 2. ἐς scripsi, cod. ἐκ, Heringa ἐν praeoptavit; ὁρᾶν ἐς Ἴστρον, ἐς Τάναϊν quemadmodum βλέπειν πρὸς ἕω alia dicuntur, μακρὸν adverbiascit. — V. 3. μηδὲ, cod. P μὴ δὲ. — V. 4. ἀγέα μαινομένης ἀμφὶ Μολουριάδα emendavi cod. P scripturam ἀγνέα νειφομένας ἀμφὶ μὲ θουριάδος (ο in ras.). Poeta et Geraneam montem et finitimum mare Scironium cum rupe Moluride devovet, qui tractus naufragiis erat infamis. Ναίειν ad Homeri exemplum νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλός i. e. κεῖνται, quod etiam tragici secuti sunt, Simonides dixit, sicut ἀγέα i. e. ἐναγῆ ad modum Hipponactis fr. 11 ὣς οἱ μὲν ἀγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο, ubi de prosodia et significatione vocis verba feci. Moluris rupes (de qua post Hemsterhusium dixerunt O. Müller Dorier II 432 et E. Curtius Peloponnes I 26), unde Ino se in mare praecipitavisse ferebatur, et vicinae cautes Scironis flagitiis insignes, scelestae pariter habebantur, quoniam nautis erant formidolosae: neque meae emendationi qui videtur adversari Pausanias I 49, 8 audiendus: τὴν μὲν δὴ Μολουρίδα πέτραν Λευκοθέας καὶ Παλαίμονος ἱερὰν ἡγηντο· τὰς δὲ μετὰ ταύτην νομίζουσιν ἐναγεῖς, ὅτι Σκίρων παροικῶν σφίσιν, ὁπόσοις τῶν ξένων ἐπετύγχανεν, ἠφίει σφᾶς ἐς τὴν θάλασσαν: nam ut solet ad fabulas magis pervagatas, quam ad rerum naturam animum advertit. Cum neque rupes ista, neque mare vicinum *nivale* dici potuerit, correxi μαινομένης: saevit enim mare vehementissime prope illam rupem. Vulgo corrigunt ἄγκεα νειφομένας (Iacobs νιφομένης) ἀμφὶ Μολουριάδος (Hartung Μολουριάδας), Salmasius ἄγκεα proposuit, at convalles montis Geraneae, non scopuli alicuius poterant memorari, verissime autem Hemsterhuys Μολουριάδος nomen investigavit: sed ναίειν ἀμφὶ ἄγκεα de mari praesertim dictum non video quo pacto defendi possit. — V. 5. 6 iniuria Hecker reprehendit, pluralem τάφοι vice singularis fungi ratus. Mare hauserat navem cum nautis, itaque in littore non tantum eius, cuius mortem poeta aegre fert, sed etiam reliquorum tumuli honorarii erant. — Iam si tribus his distichis praemiseris distichon ep. 113, id quod supra commendavi, integrum recuperabimus epigramma, non indignum opinor Ceo poeta: quod si dispar aliquantum carminis species suspiciosos criticos offendat, meminerint hanc esse Simonidis laudem praecipuam, quod argumentorum diversitati convenienter semper habitum filumque orationis variare solet. Antiquum autem carmen esse testificatur Callimachus ep. 19 (v. infra) per omnia imitatus hoc exemplum, et rursus ep. 20, 3 respexit: χὠ μὲν ἐν ὑγρῇ νεκρὸς, ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων κηρύσσω κτλ. Rursus Callimachum Leonidas Tarentinus Anth. VII 273 crassa ille quidem Minerva imitatur. — Paucis denique perstringam criticorum sententias. Quod nomen defuncti non commemoratum est, Val. Franke et Schneidewin elegiae fragmentum esse censent; Hecker I 218 seq. (cf. praeterea II 220) v. 5 et 6 subditicios censet et in eorum locum substituit Callimachi epigramma Anth. VII 271 (quod supra dixi ad Simonidis exemplum compositum esse), ut iam totum hoc carmen Callimachi sit:

115. [61.] 1156

Φῆ τότε Τιμόμαχος, πατρὸς περὶ χεῖρας ἔχοντος,
ἡνίκ' ἀφ' ἱμερτὴν ἔπνευεν ἡλικίην·
ὦ Τιμηνορίδη, παιδὸς φίλου οὔποτε λήξεις
οὔτ' ἀρετὴν ποθέων, οὔτε σαοφροσύνην.

116. [63.] 1157

Ὕστατα δὴ τάδ' ἔειπε φίλην ποτὶ μητέρα Γοργώ

Ἠερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας, ὤφελες Ἴστρον
τῆλε καὶ ἐν Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν,
μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης
ἄγκεα νειφομένης ἀμφὶ Μολουριάδος·
ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες· οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν.
νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς, ἀντὶ δ' ἐκείνου
οὔνομα καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

Hartung post v. 4 intercidisse putat distichon, quo nomen defuncti sit commemoratum, hunc fere in modum: *οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς* (*τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνα*) *ἐστένομεν*: nam ad huius epigrammatis exemplum conditum esse exile poematium, quod Callimachi nomine feratur.

Epigr. 115. Anth. Pal. VII 513: corr. *τοῦ αὐτοῦ* (*Σιμωνίδου*)· C *εἰς πρόμαχον υἱὸν*. Corr. *τιμάνορος* in rasura. cf. Iriarte 96. — V. 1. *τότε* Val. Franke, vulgo *ποτε*. — *Τιμόμαχος* scripsi propter paternum nomen *Τιμηνορίδης*, siquidem patrum et filiorum nomina praesertim apud Athenienses frequenter ab eiusdem vocabuli stirpe repetuntur, antea auctore Heckero dedi *Πρωτόμαχος*, cod. P *πρόμαχος*, Plan. *Τίμαρχος*. Lennep coniecit *φῆ ποτε παῖς Πρόμαχος*. — *περὶ*, Hermann coni. *χερὶ*. — V. 2. *ἀφ'*, Plan. edd. *ἀμφ'*. — V. 3. *λήξεις* scripsi, atque ita etiam Hecker, vulgo *λήσῃ*, Schmidt *δήεις οὔτ' ἀρετὴν προθέοντ(α)*. — Simonidis germanum sit poematium an subditicium, quoniam proximi epigrammatis haud dispar est habitus, inquiram infra ep. 116.

Epigr. 116. Anth. Pal. VII 647: corr. *Σιμωνίδου, οἱ δὲ Σιμμίου, εἰς γοργῶ τινὰ κόρην τελευτ.* Ap. Planud. *Samii* est. *Simmiae* nomen ut praeferendum videatur (id quod Brunckio iam placuit et Meinekio) non tam suadet id, quod Simmias Rhodius peculiare carmen, cui *Γοργώ* fuit nomen, scripsit (ad hoc carmen auctore Brunckio hos versus rettulit Rohde der griechische Roman p. 81), sed magis quod epigrammata huic in Anthologia vicina Simmiam vel alium quem *τῶν νεωτέρων* auctorem commendant. Accedit, quod hoc epigramma (nam est epigramma, neque vero elegiae pars, ut Schneidewin censet) tum demum satis intelligi potest, si statuamus in monumento sepulcrali filiae matri valedicentis imaginem insculptam fuisse, cuiusmodi anaglypha an iam antiquior Graecorum ars noverit, valde dubito. Nec dispar conditio ep. 115, quo fit ut Anthologiae testimonium de utroque elogio suspectum sit de vitio; et assensus est praeter Kaibelium Iunghahn, sed ne parum cavisse viderer, nolui censoria virgula notare. Huic quidem epigrammati 116 simillimum Anytae carmen, quod in Anthol. antecedit (VII 646): *Λοίσθια δὴ τάδε πατρὶ φίλῳ περὶ χεῖρε βαλοῦσα εἶπ' Ἐρατώ, χλωροῖς δάκρυσι λειβομένα· ὦ πάτερ, οὗτοι ἔτ' εἰμί· μέλας δ' ἐμὸν ὄμμα καλύπτει ἤδη ἀποφθιμένης κυάνεος θάνατος*, ubi scribendum videtur

δακρυόεσσα, δέρης χερσὶν ἐφαπτομένα·
αὖθι μένοις παρὰ πατρί, τέκοις δ' ἐπὶ λῴονι μοίρᾳ
ἄλλην, σῷ πολιῷ γήραϊ καδεμόνα.

117. [62.]

Αἰαῖ, νοῦσε βαρεῖα, τί δὴ ψυχαῖσι μεγαίρεις
ἀνθρώπων ἐρατῇ παρ νεότητι μένειν·
ἦ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἄμερσας
ἠῖθεον, πρὶν ἰδεῖν κουριδίην ἄλοχον.

118. [174.] 1158

Σῆμα Θεόγνιδος εἰμὶ Σινωπέος, ᾧ μ' ἐπέθηκεν
Γλαῦκος ἑταιρείης ἀντὶ πολυχρονίου.

119. [175.]

Σῶμα μὲν ἀλλοδαπὴ κεύθει κόνις, ἐν δέ σε πόντῳ,
Κλείσθενες, Εὐξείνῳ μοῖρ' ἔκιχεν θανάτου

οὗτοι ἔτ' εἰμί, τάλαιν' · ἐμὸν κτλ. — V. 1. δὴ om. cod. P. — ποτὶ Pl. et P, non ποτὲ. — V. 2. ἐφαπτομένα, Iacobs ἐφαπτομένη. — V. 3. λῴονι, P a m. pr. λώιον. — μοίρᾳ, Schneidewin μοίρῃ. — V. 4. καδεμόνα nonnullae edd. Plan., καδεμόναν aliae, καδομέναν cod. P; qui doricas formas repudiaverunt, eos κηδεμόνα scribere oportebat.

Epigr. 117. Anth. Pal. VII 515: corr. Σιμωνίδου· C εἰς τίμαρχον νεῳ ἐν νόσωι τελευτήσαντα, cf. Iriarte 96. — V. 1. Αἰαῖ, vulgo αἳ αἳ. — V. 2. ἐρατῇ Iacobs, ἐρατᾷ Plan., ἀρετᾶι cod. Pal. — V. 3. ἦ καὶ Plan. P, non ἦ καὶ. — ἄμερσας, P a m. pr. ἀμέρσας. — V. 4. κουριδίην, Plan. κουριδίαν. Ne quis cavilletur, moneo interiectione αἰαῖ etiam Theognidem 1341 usum esse, item Mnasalcam (Anth. P. VII 488 et 491), quem praeter ceteros Simonidis vestigia legisse constat. Kaibel contortum dicendi genus reprehendit, atque addit ex hoc expressum esse novicium ep. (Ep. Gr. 613), quod plane alienum. Ceterum Val. Eranke hoc epigramma pariter atque ep. 115 reliquias elegiae esse coniecit, ita ut ep. 117 fuerit exordium, deinde subsecutum sit compluribus distichis interiectis, quae omissa sint, ep. 115. Vicissim Hecker II 47 negat Simonidem aut quemquam veterum poetarum ante Parthenium lugubre carmen in hominem privatum elegiaco numero adstrinxisse.

Epigr. 118. Anth. Pal. VII 509: corr. τοῦ αὐτοῦ (Σιμωνίδου)· C εἰς Θέογνιν τὸν Σινωπέα. — V. 1. Σινωπέος cod., vulgo Σινωπέως.

Epigr. 119. Anth. Pal. VII 510: corr. τοῦ αὐτοῦ (Σιμωνίδου)· C εἰς Κλεισθένην ναηγὸν Χῖον. — V. 1. σῶμα Plan. et Iriarte 95, σῆμα

πλαζόμενον· γλυκεροῦ δὲ μελίφρονος οἴκαδε νόστου
ἤμπλακες, οὐδ' ἵκευ Κέων πάλιν ἀμφιρύτην.

120. [176.] 1159

Αἰδὼς καὶ Κλεόδημον ἐπὶ προχοῇσι Θεαίρου
ἀενάου στονόεντ' ἤγαγεν εἰς θάνατον
Θρηϊκίῳ κύρσαντα λόχῳ· πατρὸς δὲ κλεεννόν
Διφίλου αἰχμητὴς υἱὸς ἔθηκ' ὄνομα.

cod. Pal. — V. 2. *μοῖρ'*, Plan. *κήρ.* — V. 3. *οἴκαδε*, *οἶκα* (*δε*) corrector in ras. — V. 4. *Κέων πάλιν* (sive *Κέω πάλιν* malis) scripsi, cod. P *Χῖον ἐπ'*, Plan. *Χῖον ἐς*, quod lemma quoque testatur. Coalescentes vocales qui non tulerit, potuit *Κῶν* scribere, sed si hoc epitaphium Simonidis composuit, probabile est, poetam suis popularibus gratificatum esse, ac perpetuo permutantur *Κεῖος* et *Χῖος*. Permolle carmen videtur Iunghahnio, Kaibel iudicium cohibet, sed insolenter productam vocalem *Χίον ἐς ἀμφιρύτην* novicium poetam prodere dicit, adhibens geminum exemplum attici epitaphii Ep. Gr. 88 *Χίος ἀγαλλομένη Συμμάχῳ ἐστὶ πατρίς*, ut traditam scripturam tueatur. Froehlich *Κεῖον* vel *Κῆον* h. e. *Κέων*, quae formae prorsus carent auctoritate, Schneidewin *οὐδ' ἵκεις ἐς Χίον*, Hartung *οὐδὲ Χίον νείσω*, ego olim *οὐδ' ἵκεν πατρίδ' ἐς* scripsi, *Χῖαν ἐς ἀμφιρύτην* non ausus restituere propter correptae clausulae insolentiam, quamquam *Χία* pro *Χίος* et talia vulgi ut videtur consuetudine dici solebat; hinc seriores frequentant, velut Theocr. XV 126 *τὰν Σαμίαν*, apud Plutarch. vit. Arati c. 12 omnino scribendum *τῆς Ἀνδρίας* i. e. *Ἄνδρου*, ubi vulgo *Ἀδρίας* legitur, ad eundem modum Athen. V 209 C: *περὶ Λεύκολλαν τῆς Κῴας* scripsit, quamquam *Κυπρίας* potius scribere debebat, ut vidit Casaubonus. Philo in Flacc. 541: *τὰς ἑξῆς νήσους τὴν Ἑλένην, τὴν Κίανον* (scr. *Κείαν*), *τὴν Κύθνον*. Neque aliter Latini scriptores, velut Plautus Merc. 647 *Lesbia*, ap. Cic. Arat. v. 422 *Chia* restituendum in locum *Chius*, Varr. de re rust. II praef. *ex insula Coa et Chia* (quemadmodum idem I 54 in *Sybaritano, in Olynthia* scripsit), Virg., Georg. I 14 *Cea*, item Valer. Max. II 6, 8 *in insula Cea*. — *ἐς* Plan., cod. P *ἐπαμφιρύτην*, sed *ἐπα* in rasura.

Epigr. 120. Anth. Pal. VII 514: corr. *Σιμωνίδου* C *εἰς Κλεόδημον ὑπὸ Θρᾳκῶν ἀναιρεθέντα καὶ κλέεννον Διφίλου υἱόν*. — V. 1. *αἰδὼς* cod., non *αἰδῶς*, Hartung *Ἄιδης*. — *Κλεόδημον*, Reiske *Κλεόδαμον*. — V. 3. *κλεεννόν*, cod. *κλέεννον*, Reiske *κλεεινόν*. — V. 4. *ἔθηκ'*, Hartung *ἔκλῃζ'*. — Antiquum epigramma, quod iniuria Kaibel non satis dilucidum esse censet, sed rectene an secus Simonidis nomine feratur, non ausim diiudicare. Si probabile est poetam Hieronis hospitio usum usque ad diem supremum Syracusis commoratum esse, neque ad Eionem urbem a Cimone expugnatam licet epigramma referre, neque ad primam expeditionem Atheniensium in illas regiones et ad cladem, qua afflicti sunt, ut dicit schol. Aeschin. de f. l. 31 *ἐπὶ Φαίδωνος* h. e. Ol. 76, 1 vel rectius *ἐπὶ Ἀψεφίωνος*, hoc est Ol. 77, 4 cf. Krüger Hist. Strd. I 149. At prorsus ignoramus, quo tempore quove loco res gestae sint, quas epitaphium perstringit: fluvius *Θέαιρος* nusquam praeterea comparet, nam certum est alium esse *Τέαρον*, quem Herodotus et Plinius memorant, magno satis intervallo a Strymone diremtum: nomen fortasse idem est, ut solent nomina topica iterari ac variari per eundem tractum. Kaibel, si recte memini, carmen subditicium censet.

121. [177.]

Τῶν αὐτοῦ τις ἕκαστος ἀπολλυμένων ἀνιᾶται·
Νικόδικον δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδε ποθεῖ.

122. [178.]

Χαίρει τις, Θεόδωρος ἐπεὶ θάνον· ἄλλος ἐπ' αὖ τῷ
χαιρήσει· θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

— 123. [179.]

Ἐνθάδε Πυθώνακτα κασίγνητόν τε κέκευθεν

Epigr. 121. Anth. Pal. VII 302: corr. *Σιμωνίδου* C *εἰς Νικόδικον*. — V. 1. *αὐτοῦ* cod., *αὑτοῦ* Plan. — V. 2. *ποθεῖ* Schneidewin praeeunte Brunckio, cf. epigr. in eos, qui ad Potidaeam occubuerunt *ἄνδρας μὲν πόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δ(ῆμος Ἐρεχθέως)*. *πόλη* cod. Pal. a m. pr., *πολλή* a m. sec., *κλάει* Plan., *Πόλαι* Iacobs. Quamvis dubitanter *ποθεῖ* recepi, nam offendit *φίλων* desiderium, quod cum v. 1 non satis convenit, aptissimum foret *Νικοδίκου δὲ πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις*, cf. Tyrt. 12, 28; quare antea conieci *Νικοδίκου* (hoc etiam Salmasius) *δὲ φίλοι καὶ πόλις ἥδ' ἐχάρη*. ut sit epigramma ad *Paegnia* referendum; et ad eundem modum Hartung scripsit *ἥδεθ' ὅλη*, aliter Heimsoeth *Νικόδικον . . . ἦγεν ὅλη*. — Hoc epigramma aliquis abrogaverit Simonidi, quia quod praecedit in Anth. VII 301 (Simon. ep. 95) ab hoc poeta alienum, at incertum hoc indicium, quandoquidem ep. 301 postea videtur insertum esse, ac proximum Anth. VII 300 (Simon. ep. 123) quamvis adpungendum existimem certe Simonidis nomine antiquitus fuit propagatum.

Epigr. 122. Anth. Pal. X 105: ab eadem m. *Σιμωνίδου*. ap. Plan. est *ἄδηλον*. — V. 1. *θάνον*, Meineke *θάνεν*, irritus opinor. — *αὖ τῷ* Meineke, legebatur *αὐτῷ*, quae medela etiam alibi est adhibenda, velut ap. Homerum Od. Θ 582 *οἵ τε μάλιστα κήδιστοι τελέθουσι μεθ' αἱμά τε καὶ γένος αὐτῶν*, ubi omnino *αὖ τῶν* restituendum. — V. 2 credat aliquis Horatio obversatum esse Art. Poet. 62 *debemur morti nos nostraque*, qui Simonidis carmina frequenter versaverat, sed decretum hoc pervagatum, tragici inprimis frequentant, velut Eurip. Alcest. 433 *ὡς πᾶσιν ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται*, unde et parodia lusit Aristophanes Polyidi fr. 1 et interpolatione se insinuavit in Soph. Electram 1473, ut olim docui, et iteratur in titulis sepulcrorum recentibus, velut CIGr. III add. 3857m de Plutone *ᾧ χωρὶς μακάρων πάντες ὀφειλόμεθα*.

Epigr. 123. Anth. Pal. VII 300: corr. *Σιμωνίδου* C *εἰς Πυθώνακτα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ*. Non dubitavi hoc epigramma obelo configere: neque enim credere par est, Simonidem, qui in melico carmine fr. 57 plane ostenderit, quam fragilia sint monumenta et Cleobulum, cui secus visum, graviter reprehenderit (*μωροῦ φωτὸς ἅδε βουλά*), in epigrammate lapidem tumulo impositum non interiturum (*μνῆμα ἀθάνατον*) edixisse, quae adversa fronte inter se pugnant; sane variant iudicia hominum, diesque multa docet, sed vel adolescens poeta non adeo rerum humanarum imperitus erat, ut quemadmodum rhetor ineptus antitheta captans hac vaniloqua oratione sit usus. Qui post secuti sunt, ab hoc inani verborum sonitu haud abhorrent, velut est in Attico titulo CIGr. I 747 *εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκεν . . . μνημοσύνην θνη-*

γαῖ', ἐρατῆς ἥβης πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν·
μνῆμα δ' ἀποφθιμένοισι πατὴρ Μεγάριστος ἔθηκεν
ἀθάνατον θνητοῖς παισὶ χαριζόμενος.

— 124 A. [180.]

Ἄνθρωπ', οὐ Κροίσου λεύσσεις τάφον· ἀλλὰ γὰρ ἀνδρός
χερνήτεω μικρὸς τύμβος, ἐμοὶ δ' ἱκανός.

124 B. [180.]

Οὐκ ἐπιδὼν νίμφεια λέχη κατέβην τὸν ἄφυκτον
Γόργιππος ξανθῆς Φερσεφόνης θάλαμον.

τοῦ σώματος ἀθάνατον, item in novicio III 3857 m ἀέναον τόδε σῆμα πατὴρ εἵδρυσε θυγατρί, ἀθανάτην τειμήν, adde Kaibel Epigr. 250 ὑπὸ στάλᾳ κρύπτεται ἀενάῳ, aliquanto modestius est ibidem 325 ἀϊδίου μνήμης τύμβον ἐπα(γλάϊσαν, ita enim videtur instaurandum) et 830 στῆσεν ἄγαλμα τόδε, μνήμην ἀθάνατον σώζων πατρός. Neque vero debebat Kaibel in Pericleae aetatis monumento, quod signabat reliquias eorum, qui in Potidaeae obsidione occubuerunt, 21 scribere ἀθάνατόμ με (θ)α(νοῦσιν ἔθηκαν σῆμα πολῖται), ubi priores prudentius ἀθάνατον κλέος commendaverunt, sed satius est supplendi periculo abstinere. —

V. 1 cod. Pal. pr. ϗασιγηητε, corr. supra τε partim in ras. scripsit την, idem in m. γρ. κασίγνητόν τε κεκευθε, κασιγνήτην τε Plan. — κέκευθε cod. Pal. in marg., vulgo κεκεύθει. — V. 3. Μεγάριστος Grotius, cod. μέγ' ἄριστος, Plan. μέγ' ἄριστον. — V. 4. χαριζόμενος Pal. cod. supra, χαριζόμενον in textu.

Epigr. 124 A et B. Anth. Pal. VII 507: C Εἰς γόργιππον ἐπιτύμβιον· corr. Σιμωνίδου. Planudes, qui prius tantum distichon exhibet, *Alexandro* tribuit. Manifestum est duo epigrammata coaluisse, itaque separavi, nam lemmatis nulla est fides. Et prius quidem distichon adpunxi, novicii poetae esse arguit Croesi mentio, id quod vere Iunghahn monuit, nam compellatio ἄνθρωπε a Simonidis more non abhorret, cf. fr. 60, quod fortasse ex epigrammate aliquo petitum. Possis Leonideae attribuere, cuius praecedit poemation, Alexandri Aetoli non esse arguit dialectus. Ep. 124 A imperfectum, si Leonidae est, complures versus interceptos esse veri simile. Ep. 124 B integrum esse arbitror: multi non solum antiquorum, sed etiam recentiorum, velut Callimachus, haud raro disticho defunguntur. Cum lemma olim praemissum desideretur, Simonidei nominis auctoritas levis vel nulla est, praesertim cum epigramma, quod in Anth. VII 508 subsequitur, a m. s. Σιμωνίδου sit inscriptum, quod Diogenes Laertius Empedocli vindicat, sed neutrius esse certum est: nihilominus arbitror ep. 508 antiquitus Σιμωνίδου, non Ἐμπεδοκλέους*) inscriptum fuisse; quae deinceps leguntur 509—16 τοῦ αὐτοῦ inscripta maximam partem germana sunt Simo-

*) Vel insignis lectionis varietas testatur aliunde, non ex Diogene esse depromptum ep. 508 in Pausaniam medicum, cuius auctor cum ignoraretur, alii Empedocli, alii Simonidi attribuerunt, quoniam non suppetebant nomina aliorum poetarum, qui illo saeculo in Sicilia vixerant.

125. [209.]

Ἀργεῖος Λάνδης σταδιοδρόμος ἐνθάδε κεῖται
νίκαις ἱππόβοτον πατρίδ' ἐπευκλείσας,
Ὀλυμπίᾳ δίς, ἐν δὲ Πυθῶνι τρία,
δύω δ' ἐν Ἰσθμῷ, πεντεκαίδεκ' ἐν Νεμέᾳ,
τὰς δ' ἄλλας νίκας οὐκ εὐμαρές ἐστ' ἀριθμῆσαι.

nidis carmina. — Ep. 124 A. V. 1. *λεύσσεις*, cod. P *λεύσεις*. — V. 2. vulgo post *χερνήτεω* interpungitur. — Epigr. 124 B. V. 1. *ἐπιδὼν*, cod. P *ἐπίδων*. — *κατέβην*, in Pal. fuit *κατέβη*, postea *ν* additum. — V. 2. *θάλαμον*, cod. P. *θάλαμος*.

Epigr. 125. Anth. Pal. XIII 14: ab eadem m. *Σιμωνίδου, ἐπὶ ἑξαμέτρῳ πεντάμετρῳ καὶ δύο τριμετροι εἶτα ἑξάμετρον.* — V. 1. Pal. *δάνδις σταδιαδρόμος*, posterius fortasse non reiiciendum. Dandes cum Ol. 77 vicerit stadio, si Simonidis hoc est epigramma, haud ita multo post diem supremum obiisse censendus est. Benndorf p. 15, ut solet fumum ex luce dare, censet *Ἀργεῖος Λάδας* scribendum, ut opinor etiam ceteris locis, ubi hoc cursoris nomen legitur, penitus oblitteraturus, quoniam ei fidem excedere videtur, duos eisdem temporibus celeberrimos cursores fuisse, utrumque Argivum. Atqui Ladam maiorem, cuius patria ignoratur, Argivum fuisse vana est Benndorfii suspicio, iisdem temporibus Ladam hunc et Dandem vixisse confidenter edixit; sed de Ladae maioris aetate nihil est proditum, nisi quod Myro eius simulacrum fecit; hinc colligas artificis aequalem fere fuisse, qui cum Ageladae discipulus, aequalis Phidiae fuerit, fere ab Ol. 80 usque ad Ol. 90 floruisse censendus est. De Lada, si recte memini, disseruit H. Iacobi in commentatione gymn. Posnaniensis, quae non ad manus est. — V. 3 *Ὀλυμπίᾳ* Schaefer, vulgo *Ὀλύμπια*. Cum de una tantum Olympica victoria constet, conieci aliquando *Ὀλυμπιάνδις*, ut haec dorica forma (Bekk. An. III 1303) non tantum *Ὀλυμπίαζε* sed etiam *Ὀλυμπίᾳ* significaverit, neque tamen quidquam mutandum, nam poterat Dandes, qui Ol. 77 stadio victor renuntiatus est, praeterea dolicho vel diaulo Olympiae vicisse. — V. 4. *Ἰσθμῷ* scripsi, idem placuit Meinekio, offendit enim insolens tradita scriptura *ἐν Ἰσθμοῖ* (cod. P *ἐν ισθμοί*), nam quod apud Platonem in Gorgia 472 legitur *ἐν Πυθοῖ*, ibi scite Boeckh Oecon. II 764 *ἐν Πυθίῳ* correxit, non recte Cobet *Πυθοῖ* scripsit, qui non debebat (Lect. Nov. 321) *ἐν Ἰσθμῷ* alia id genus ubique tollere conari; atqui Pindarus dixit Ol. VII 81: *κλεινᾷ τ' ἐν Ἰσθμῷ*, Isthm. V 15: *ἐν Ἰσθμῷ*, item *ἐν Πυθῶνι* Ol. II 39. Nem. XI 23. — *Νεμέᾳ*, cod. Pal. *νεμαίᾳ*, Schaefer coni. *πεντεκαίδεκα Νεμέᾳ*, Schneidewin *ἐκ Νεμέας*, Schmidt *πέντ' ἑκαίνυτ' ἐν N.*, ego *πεντάκις ἐν Νεμέᾳ* (vel *πεντάκι δ'*) ut versus sit iambelegus, quem ascivit poeta, quoniam *Νεμέας* nomen posteriori colo trimetri non convenit, solemnem autem ordinem ludorum deserere poeta religiosus noluit. Ad eundem modum in Attico epitaphio Kaibel 51 heroo subiicitur *Ἀρχεστράτην ἀνδρὶ ποθεινοτάτην*. — V. 5. *ἀριθμῆσαι*, Simonides fort. *ἀμιθρῆσαι* scripsit, quod etiam Nauck coniecit, numero commodiore; cf. fr. 228, quamquam non utendum est hoc testimonio ad Simonidis nomen huic elogio praemissum tuendum, nam alium spectat locum; sed Simonideae artis haud expers est hic titulus. — Post h. v. inter-

126. [181.] 1161

Σᾶμα τόδε Σπίνθηρι πατὴρ ἐπέθηκε θανόντι.

* * * * * * * * * *

127. [182.]

Κρὴς γενεὰν Βρόταχος Γορτύνιος ἐνθάδε κεῖμαι,
οὐ κατὰ τοῦτ' ἐλθών, ἀλλὰ κατ' ἐμπορίαν.

128. [184.]

Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες ὁμοίων ἀντιτύχοιεν,
Ζεῦ Ξένι', οἱ δ' ὑπὸ γᾶν θέντες ὄναιντο βίου.

— 129. [183.]

Οὗτος ὁ τοῦ Κείοιο Σιμωνίδεω ἐστὶ σαωτήρ,
ὃς καὶ τεθνηὼς ζῶντι παρέσχε χάριν.

ceptum esse pentametrum statuit Hecker II 91, comparans Crinagorae epigr. Anth. IX 239.

Epigr. 126. Anth. Pal. VII 177: corr. *Σιμωνίδου*. — *Σπίνθηρι* Iacobs, cod. P *σπινθῆρι*. — *ἐπέθηκε*, P *θηκε*, sed corr. *ἐπέ* supra in rasura addidit. Versum deesse significavi, desideramus enim patris nomen, quod etiam in antiquis epitaphiis, quae uno versu absolvuntur, comparet, velut Kaibel 5 *Λυσίᾳ ἐνθάδε σῆμα πατὴρ Σήμων ἐπέθηκεν*, vel 14 *Λίνέᾳ τόδε σῆμα Τιμοκλῆς ἐπέθηκε*, ubi temere Kaibel dicit me assensum esse iis, qui haec in hexametrum redigunt: plane enim dixi duo cola esse logaoedica. Sed liberorum nomina passim reticentur, velut Kaibel 9 et Simon. ep. 123, 1; sed Kaibel 12 legendum (*Ἐνθάδε σῆμα κασιγνήτῳ*) *Ξενόφα(ντος . . . Εὐδό)ξῳ κατέθηκεν*. Neque vero existimandum, quoniam *Σπίνθηρ* servile fere videtur nomen fuisse, patris nomen consulto esse omissum. Epigramma, si disticho continebatur, haud dubie antiquum; sed de Simonide sit fides penes auctorem.

Epigr. 127. Cod. Pal. ap. Iacobs. Not. Crit. Anth. Pal. VII 254: corr. *Ἐπὶ Βρόταχον. Σιμωνίδου*. et in fine *τοῦτο δισσῶς κεῖται*. Formas *βρόταχος* et *βράταχος* testantur Et. M. 214, 43 et Hesychius, in Batrachom. 294 scribendum *ὅς ῥα τότε βρατάχοισιν ἀρωγοὺς εὐθὺς ἔπεμψεν*. — V. 2. *ἐμπορίαν* Schneidewin, cod. *ἐμπορίην*.

Epigr. 128. Anthol. Pal. VII 516: corr. *τοῦ αὐτοῦ* (*Σιμωνίδου*)· C *εἰς τινὰ ὑπὸ ληστῶν ἀναιρεθέντα*. Legitur etiam in lemmate ad VII 77 (vid. epigr. 129). — V. 2. *βίου* cod. P, sed altero loco *βίον*. — Dicetur de hoc epitaphio ad ep. 129.

Epigr. 129. Anth. Pal. VII 77: A *Εἰς Σιμωνίδην Σιμωνίδου*. ibidem haec in marg. corr. adscripsit: *Σιμωνίδης εὑρὼν νεκρὸν ἐν νήσῳ τινὶ θάψας ἐπέγραψεν· οἱ μὲν ἐμὲ κτλ.* (Epigr. 128). *ὁ ταφεὶς νεκρὸς ἐπιφανεὶς τῷ Σιμωνίδῃ ἐκώλυσε πλεῖν· διὸ τῶν συμπλεόντων μὴ πεισθέντων, αὐτὸς μείνας σώζεται, καὶ ἐπιγράφει τόδε τὸ ἐλεγεῖον τῷ τάφῳ· οὗτος ὁ τοῦ Κείοιο κτλ.* Legitur etiam ap. Sch. Aristid.

III 533 Dind. sive Frommel 200 (Aristid. Panath. II 215, quem locum schol. interpretatur, nihil ad rem pertinet) et ap. Tzetz. Chil. I 632 (qui cum dicit *τῇ στήλῃ παρενέγραψε*, simul prius epigramma respicit). — V. 1. *τοῦ* om. sch. Ar. — *Κείοιο* Anthol., ceteri *Κείου* (*Κίου*). — *Σιμωνίδεω*, Anth. *Σιμωνίδου*. — V. 2. *τεθνηῶς*, Anth. *τεθνηιῶς*, in marg. *τεθνειῶς* (sic Tzetz. et unus cod. sch. Ar.). — *ζῶντι παρέσχε, ζῶντ' ἀπέδωκε* Anth. quam lectionem commendat sermonis proprietas, atque hanc elisionem ne elegiaci quidem poetae plane fugiunt, cf. quae ad Anacr. fr. 17 adnotavi. — Ep. 128 et 129 quae arctissima necessitudine coniuncta sunt, in Anthologia perperam diremta leguntur, quemadmodum etiam in aliis Cei poetae carminibus peccat, qui hanc syllogen adornavit. Praeter lemma Anth., schol. Arist., Tzetz. etiam alii fide digni auctores hanc memoriam tradiderunt, Cicero de divin. I 25 Simonidis somnium creberrime a Stoicis commemoratum esse testatur, et iterum II 65, Valer. Max. I 7 ext. 3 graeco usus auctore, qui etiam epitaphii mentionem fecit: *memor beneficii elegantissimo carmine aeternitati consecravit, melius illi et diuturnius in animis hominum sepulcrum constituens, quam in desertis et ignotis harenis struxerat*, Libanius T. IV 1101 ed. Reiske, item epigrammatis mentionem faciens:*) qui quidem cum dicit prope Tarentum Simonidem sepelivisse hominem mortuum, in quem forte inciderat, et postridie voluisse pergere in Siciliam, sed somnio monitum iter distulisse atque ita grave discrimen evitasse, testificatur hoc accidisse, cum poeta ad Hieronem Syracusas profecturus erat. Nihil in his inest, quod fide indignum esse videatur. At Iunghahn homo ab omni superstitione alienus totum hoc commenticium esse censet, fidem enim excedere, hominem bis ex media morte esse ereptum, et cum Quintilianus famam de Tyndaridarum auxilio in aedium Crannoniarum ruina narrans miratus esset, quod poeta ipse huius rei nusquam meminisset, profecto non taciturus de tanta sua gloria**), Iunghahn, ut suam causam obtineret, importunum poetae testimonium amovendum esse intellexit, itaque utrumque epigramma censoria virgula notat, recentissima esse dictitans carmina. Ut ep. 128 in suspicionem vocaret, commentus est, pugnare verba *οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες* cum Ciceronis verbis *cum ignotum quendam proiectum mortuum vidisset* (Valerius *inhumatum corpus iacens*, Libanius *νεκρὸν ἄταφον ὡς ἐπεῖδεν ἐρριμμένον*), quae significent istum naufragio interemtum esse; quod vanum esse commentum religiosa interpretatio verborum evincit, quae de quolibet mortis genere commode dicuntur, neque hos auctores, qui noverant Simonideum carmen, credibile est quidquam scripsisse quod huic carmini adversetur. Nam ipsum carmen (germanumne sit an subditicium, in medio relinquo) eius rei testimonio est, neque vero fama tralaticia carmini fingendo ansam dedit. Aptissimum sane argumentum epigrammatographis insignis poetae nobilissimi pietas erga mortuum ignotum, quod meritum continuo remunerantes dii iterum ex mortis discrimine eripuerunt Simonidem, sed si quis animum huc appulisset, continuo carmine eius rei memoriam esset persecutus***):

---

*) Non pertinet huc quod levissimus auctor Phaedrus fab. IV 22 solus testatur, Simonidem ex Asia domum redeuntem naufragium fecisse, quo respicit etiam IV 25 poetam ex aedium ruina salvum evasisse narrans.

**) Quintilianus, qui famam de Simonidis somnio haud dubie novit, quamvis tacitus significat poetam huius rei meminisse, id quod Iunghahnium non animadvertisse miror.

***) Non ausi sunt demonstrativi generis cultores hoc argumentum delibare, sed certatim anonymi Anth. P. VII 310. 356. 357. 358. 359.

130. [185.]

Ἦ σεῦ καὶ φθιμένας λεύκ' ὀστέα τῷδ' ἐνὶ τύμβῳ
ἴσκω ἔτι τρομέειν θῆρας, ἄγρωσσα Λυκάς·
τὰν δ' ἀρετὰν οἶδεν μέγα Πήλιον ἅ τ' ἀρίδηλος 1162
Ὄσσα, Κιθαιρῶνός τ' οἰονόμοι σκοπιαί.

---

epigr. 128. 129, quamquam necessitudine coniuncta, seorsim condita esse apparet, itaque etiam seorsim sunt sub iudicium vocanda. Et ep. 128 quidem omnes habet veritatis numeros: poeta mortuum tanquam fidelissimum arbitrum adhibuit, qui memor beneficii simul divinam vindictam expetit: non recte Iacobs censet ab hospitibus interfectum esse, quoniam Ζεὺς ξένιος invocatur, cf. Hom. Od. ι 270 Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ, ξ 157 πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε, adde Theaetetum Anth. P. VII 499. Facinoris auctorem ignorans poeta pluralem ex more adhibuit οἱ κτείναντες, tum addit οἱ θέντες sive concinnitatis gratia, ut Iacobsio visum, sive comites suos dicens, qui una corpus terrae mandaverant. Sed alterum ep. 129 non dubitavi obelo configere; suspectum reddit non tam pron. οὗτος, quod breviter dici poterat pro οὗτος ὃς ἐνθάδε κεῖται, quemadmodum in Attico titulo Kaibel 63 legitur, sed additus articulus ὁ, significans οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τὸν Σιμωνίδην σώσας, apparet igitur ab aliena manu additum esse hoc distichon. Libanius narrat poetam ipsum subscripsisse disticho (128) quo pilam in tumulo decoraverat (στεφάνους τῇ στήλῃ περιέθηκε καὶ ἐναγίσας τῷ νεκρῷ σωτῆρα αὐτοῦ τὸν κείμενον ἐκήρυξεν ἐπιγράμματι· καὶ τοῦτο ἡ στήλη δείκνυσιν)*), itaque Libanius utrumque epigramma vindicat poetae, tralaticiam famam secutus. Sed Simonidem pilam in tumulo erexisse non est veri simile, iecit hoc epitaphium (ep. 128) inter comites perfunctus officio: postea cum fama de somnio Simonidis pervagata esset, in memoriam rei pilam erigentes non solum nobile epigramma 128 inscripserunt, sed praeterea addiderunt alterum distichon 129.

Epigr. 130. Pollux V 47: Ἔνδοξον δὲ καὶ Λυκάδα τὴν Θετταλὴν Σιμωνίδης ἐποίησε, γράψας τουτὶ τοὐπίγραμμα ἐπὶ τῷ τάφῳ τῆς κυνός· Ἦ σεῦ κτλ. — V. 1. ἦ σεῦ Stephanus, vulgo ἧς αὖ. — λεύκ' ὀστέα τῷδ' Stephanus (et sic Bekker ex libris, ut videtur), vulgo λευκοστεάτῳ. — V. 2. ἄγρωσσα libri quod quamvis ἀμάρτυρον sit neque aliud plane simile exemplum noverim (nam ἠρῷσσα facilem habet intellectum), intactum reliqui, praesertim cum etiam verbi ἀγρώσσειν origo sit obscurior, ἀγρῶστι Schneider. — V. 3. Πήλιον, Πάλιον Schneidewin. — ἀρίδηλος Bekker, ἀρίδαλος vulgo. — V. 4. οἰονόμοι σκοπιαί,

---

360, ad quos Iulianus Aegyptius VII 580 et 581 accedit, scripserunt εἴς τινα ὑπὸ ληστοῦ ἀναιρεθέντα καὶ ὑπ' αὐτοῦ θαπτόμενον, cui chriae Simon. ep. 128 ansam dedit; manifesta imitationis vestigia deprehendimus 310 θάψεν ὅ με κτείνας κρυπτὸν φόνον· εἰ δέ με τύμβῳ δωρεῖται, τοίης ἀντιτύχοι χάριτος, quod ceteris opinor exemplo fuit; item 356 τοίου καὐτὸς ὄναιο τάφου et 381 ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἴσων ἀντιτύχοις οὐρανόθεν χαρίτων.

*) Idem Tzetzes significat (παρενέγραψε). Neque aliter videtur rettulisse auctor, quem Valerius latine interpretatur, eundem fortasse adhibuit Libanius.

ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΑ.

131. [187.]

Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ' ἡνίκ' Ἀριστογείτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιος.

132. [188.]

Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ἐκ πολέμου
δεσμῷ ἐν ἀχνυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν·
τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἀνέθεν.

cf. Anyte Anth. Plan. 291 *φριξοκόμᾳ τόδε Πανὶ καὶ αὐλιάσιν θέτο νύμφαις δῶρον ὑπὸ σκοπιᾶς Θεύδοτος οἰονόμου*, ita enim corrigo, v. legitur *οἰονόμος*. ad eundem modum eadem ib. 231 *κατ' οἰόβατον δάσκιον ὕλην*. Neque enim ad antiqui alicuius exempli imitationem sunt revocanda, quamquam passim Anytae poematia ad Simonidis artem prope accedunt, velut et ipsa epigramma in canem scripsit (Pollux V 48).

Ἀναθηματικά. Epigr. 131. Hephaest. 26: *Πᾶν μέτρον εἰς τελείαν περατοῦται λέξιν, ὅθεν ἐπίληπτά ἐστι τὰ τοιαῦτα Σιμωνίδου ἐκ τῶν Ἐπιγραμμάτων· Ἦ κτλ.* Cf. Eust. 984, 8. — V. 1. *φόως* ESA, om. FIBHC. Deinde A *γένετ' ἡνίκ'*.

Epigr. 132. Herod. V 77: *Τῶν λύτρων τὴν δεκάτην ἀνέθηκαν ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· τὸ δὲ ἀριστερῆς χερὸς ἔστηκε πρῶτον ἐσιόντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι· ἐπιγέγραπται δέ οἱ τάδε· Ἔθνεα κτλ. Simonidis* esse docet Aristid. II 512, qui una cum aliis Simonidis epigrammatis postquam 142 adscripsit, affert: *καὶ πρό γε τούτων· Ἔθνεα . . . παῖδες Ἀθηναίων, οἶμαι λέγει τὸ ἐπίγραμμα καὶ πολλὰ ἕτερα· νὴ Δί', ἀλλὰ ταῦτα Ἀττικὰ καὶ θερμότερα.* Integrum epigramma affert etiam Diodor. Excerpt. Vatic. T. III 40 s. p. n. et Anth. Pal. VI 343, ubi inscribitur A *ἄδηλον·* corr. *Ἡροδότου*. Cf. praeterea de hoc monumento Pausan. I 28, 2. Himer. Or. II 12. — V. 2. *ἔργμασιν ἐκ πολέμου* scripsi, atque ita ap. Her. ABCd et cod. P Anth., *ἐν πολέμῳ* Diod., *ἐν πολέμου* vulgo ap. Herodotum, quod cum *δαμάσαντες* iungunt perperam: hoc si dicere voluisset poeta, *ἔργῳ Ἄρηος* (cf. ep. 140, 1) vel *κράτει πολέμου* (ep. 142, 8) scripsisset, quemadmodum ep. 135, 3 *ναυμαχίᾳ δαμάσαντες* legimus; neque vero opus est eius modi additamento. Rettuli ad *ἔσβεσαν ὕβριν*, id quod Aristides suadet, quem *ἐκ πολέμου* legisse certum est, et v. 4, de quo infra dicam, plane flagitat: *ἐκ πολέμου* est *bello confecto*, cf. Thucyd. I 120 *ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν, εὖ δὲ παρασχὸν ἐκ πολέμου εὐθὺς ξυμβῆναι*, nam alia est ratio II 34 et 35 *θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων*. Poeta dicit: fregerunt superbiam cogentes captivos *ἐν πέδαις ἐργάζεσθαι*. — V. 3. *ἀχνυόεντι* Heckeri emendationem recepi, quo ducunt libri Herod. Cd *ἀχνυθέντι*, AB et Pal. Anth. *ἀχνυνθέντι*, legebatur *ἀχλυόεντι* male, nam carcer quidem tenebricosus dici poterat, non ferrea vincula. Nomen *ἀχνύς* testatur Et. M. 182, 1 adscripto versu *τῆς δ' ὀλοφυρομένης ἀμφ' ἀχνύϊ εἵβεται αἰών*, unde *ἀχνυόεις* recte deducitur, ut M. Schmidtii coniectura *ἀλγινόεντι* facile careamus. — *ἔσβεσαν*, Anth. *ἔσβεσεν*. — V. 4. *τῶν*, Diod. *ὧν*. Cum Boeoti et Chal-

cidenses suos tandem ex servitute redemissent, Athenienses huius pecuniae decumam Minervae polluxerunt, ut Herodotus auctor est, quorsum spectat hic versus; sed si ἔργμασιν ἐν πολέμου legitur, non est, quo τῶν referri possit: duriusculum enim τῶν ad Boeotos et Chalcidenses referre, nam tunc ἀπὸ τῶν dicendum fuit; hanc difficultatem sustuli scribendo ἔργμασιν ἐκ πολέμου . . . ἔσβεσαν ὕβριν. Athenienses potissimum iis, qui argentaria metalla exercebant, videntur captivorum operas (ἔργματα) elocavisse, unde grandem pecuniam rediisse consentaneum est, quo accesserunt denique λύτρα, binas enim minas pro singulis redimendis solutas esse tradit Herodotus, poeta ut par est rem summatim perstringit; ἐργμάτων sive ἔργων δεκάτην eo modo dictum, quo λύτρων δεκάτη ap. Herodotum.*) — τάσδ', AB ut solent τᾶςδ'. — ἀνέθεν Schneidewin, legebatur ἔθεσαν, nisi quod S ap. Her. ἀνέθεσαν cuius auctoritati nolim obtemperare, sed solenni more ἀναθεῖναι δεκάτην dici solet, et corruptelae origo in proclivi est; eandem medicinam adhibui ep. 135, 4. — De quadrigis, quas Athenienses Minervae bello prospere gesto dedicaverunt, schol. Aristid. III 119 Dind. eadem fere, quae Herodotus narrat, quibus addit cod. Paris. A (Frommel 351) οὕτως Ἄγρων ἐν ἐπιγράμματι ἐπὶ τῷ τεθρίππῳ, ubi historiarum aliquem vel antiquitatum scriptorem nominatum esse coniicias, velut Ἀνδροτίων, quem has res gestas in Atthide attigisse consentaneum est; sed cum schol. Herodotum testatus sit, non desideramus alterius auctoritatem, ac praepositio ἐν potius epigrammatis scriptorem prodit, itaque conieci Ἀνακρέων, ratus grammaticos haesitavisse, utrum Simonidis an Anacreontis sint hi versus: sed Anacreon si etiam tum vixit, quod admodum est incertum, Athenis iam dudum discesserat. Ipse interpres videtur haec addidisse, οὕτως ἀνέγνων vel ὡς ἔγνωμεν, quae frequens est magistrorum cantilena in scholiis; quodsi ex Sopatri commentario repetitum est, quadrigae aheneae fere usque ad Iustiniani regnum superstites fuerunt. — Herodotus quadrigas prope Propylaea, quae Pericles aedificavit, positas esse narrat, vincula captivorum vidit in Erechtheo suspensa: et vincula quidem poterant facile ex urbis excidio servari; ut Herodotus refert, paries templi incendio obfuscatus**), nondum igitur haec Erechthei pars restituta fuit, cum Herodotus illa scripsit, sed quo pacto quadrigae tumultu Persico integrae potuerint servari, sane mireris: fortasse igitur composito demum bello Athenienses hoc monumentum dedicaverunt.***) — Haec in proecdosi scripsi: non

---

*) Diodori epitome ἐκ τῆς δεκάτης τῆς τῶν Βοιωτῶν ὠφελείας praedae factae (ὠφελείας) decumam memorat. Pausanias ἀπὸ Βοιωτῶν δεκάτη καὶ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ.

**) Quod ap. Herod. legitur ἐκ τῶν τειχέων κρεμάμενοι, interpretes arcis muros intelligunt, mihi τειχίων videtur scribendum, ut catenae suspensae fuerint vel in pariete aedis vel in maceria, quae cingebat aedem. Locum, quem quadrigae obtinebant, planissime descripsit Herodotus: τὸ δὲ ἀριστερῆς χειρὸς ἕστηκε πρῶτα ἐσιόντι ἐς τὰ προπύλαια. Arcis Athenarum propylaea intrantibus haud dubie dextra semita, exeuntibus sinistra erat destinata, quemadmodum, qui sacrarum aedium limina superabant, religiose observabant maiorum morem, ut et intrantes et exeuntes dextrorsum iter facerent: hinc Simon. ep. 162 δεξιὰν θύραν dicit intrantium, sinistram ἐξιόντων δεξιὰν vocat, quoniam exeuntibus aede erat ad dextram. Erant igitur quadrigae ante Propylaea positae, ut intrantibus essent ad sinistram.

***) Accidit subinde, ut donariis perficiendis et dedicandis temporum iniquitas vel operis ampli difficultas aliaeve causae moras afferrent, velut statuae, quas Athenienses ex Marathonia praeda Apollini Del-

133. [189.] 1163

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸν Ἀρκάδα, τὸν κατὰ Μήδων,
τὸν μετ' Ἀθηναίων στήσατο Μιλτιάδης.

ita multo post Athenis in arce marmoris fragmentum repertum has litteras exhibens;

ΕΝΑΙΟΝΕΡΑΜ/
ΠΡΟΣΔΕΙΑ

quod Kirchhoff in act. menst. Acad. Berol. 1869 p. 409 seq. edidit et sagaciter animadvertit pertinere ad basin quadrigarum, in qua singula disticha singulis versibus incisa erant: nam manifesto supersunt pentametrorum reliquiae (*Ἀθ)ηναίων ἔργμα(σιν)* et (*ἵ)ππους δεκά(την)*. Litterae sunt amplae et decorae, e quarum specie confecit Kirchhoff titulum scriptum esse circa Ol. 82—84. Herodotus igitur non antiquum simulacrum oculis usurpavit, quod Medico tumultu, cum arx incenderetur et diriperetur, interiit; sed Athenienses, ne memoria belli adversus Boeotos et Chalcidenses prospere gesti oblivione obrueretur, postea, cum Pericle auctore arx artis operibus magnifice ornaretur, hoc monumentum denuo instauraverunt*), addito, ut par erat, antiquo titulo, quem Simonidem fecisse, ut Aristides auctor est (vid. supra p. 477), cur negemus nihil omnino causae est, quamquam Kirchhoffio secus visum, qui epigramma hoc Simonidi abrogat: propter litterarum speciem, quam tituli fragmentum prae se fert, contendit Periclis demum aetate hoc monumentum Minervae esse dedicatum. Ita non solum eos, qui quondam Boeotos et Chalcidenses devicerunt, impietatis insimulat, qui satis habuerunt catenas captivorum suspendisse, fraudantes Minervam merito honore,**) sed etiam posteros eorum vanissimos mortalium fuisse sibi persuasit, qui ut arcem ornarent artis operibus, ementiti sint, quadrigas has a maioribus decuma facta dedicatas esse. Huic autem opinioni plane adversatur Herodotus, qui plane dicit Athenienses, postquam captivi manu missi erant, fecisse hoc monumentum, non praetermissurus silentio, si sexaginta fere annis post neglecti officii crimen a se avertere studuissent.

Epigr. 133. Anthol. Planud. 232: *Σιμωνίδου*, si revera antiquum est epigramma: nam recentiores poetae hoc argumentum ornaverunt, velut Theaetetus (Anth. Pl. 233) et anonymus (ib. 259), neque antitheti studium, quod hic deprehendimus, Simonidi videtur convenire, quamquam non prorsus abhorreat ab hoc poesis lumine. Si poematium Simonideum est, fortasse ex ampliore carmine breviatum et immutatum, cf. quae scripsi supra ad ep. 90. Panis hoc signum Constantinus vi-

---

phico voverant, aliquot annis post alterum demum Medicum bellum dedicatae sunt, siquidem Phidias has statuas fecit: vid. Pausan. X 10, 1 epigrammatis testimonium adhibens *ἀπὸ δεκάτης τοῦ Μαραθωνίου ἔργου τεθῆναι τὰς εἰκόνας*, quas *Φειδίας ἐποίησε, καὶ ἀληθεῖ λόγῳ δεκάτη καὶ οὗτοι* (statuae) *τῆς μάχης εἰσίν*.

*) Fortasse Calamis has quadriagas fecit, quem Plinius H. N. XXXIV 71 in equorum effigie exprimenda sine aemulo fuisse scribit, ut coniecturam capere liceat, quadrigam Calamidis, cui Praxiteles postea aurigam suum imposuit, hoc ipsum artis opus in arce esse.

**) More maiorum solebant Athenienses bello prospere gesto diis, Minervae potissimum, decumam pollucere, cf. Boeckh. Oecon. Ath. I 444.

134. [190.]

Τοῦτ' ἀπὶ δυσμενέων Μήδων ναῦται Διοδώρου
ὅπλ' ἀνέθεν Λατοῖ μνάματα ναυμαχίας.

*135. [192.]

Παντοδαπῶν ἀνδρῶν γενεὰς Ἀσίας ἀπὸ χώρας
παῖδες Ἀθηναίων τῷδέ ποτ' ἐν πελάγει
ναυμαχίᾳ δαμάσαντες, ἐπεὶ στρατὸς ὤλετο Μήδων,
σήματα ταῦτ' ἀνέθεν παρθένῳ Ἀρτέμιδι.

detur transtulisse Byzantium, si fides est Sozomeno hist. eccles. II 5: *καὶ οἱ ἐν Δελφοῖς τρίποδες καὶ ὁ Πὰν ὁ βοώμενος, ὃν Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ αἱ Ἑλληνίδες πόλεις ἀνέθεντο μετὰ τὸν πρὸς Μήδους πόλεμον*: ubi prono errore Pausaniae vindicat quae Miltiadis opera fuit: neque aliter Nicephorus hist. eccl. VIII 33: *καὶ ὁ σεμνὸς ἐκ Δελφῶν τρίπους καὶ ὁ διαβόητος Πάν, ὃν Παυσανίας μετὰ τὸν Μηδικὸν ἀνέθετο πόλεμον*: nam Wieseleri coniectura, qui utroque loco *Πύθων* pro *Πάν* restituendum censet, parum verisimilis; minus etiam Welcker audiendus, qui Myth. II 812 apud Sozomenum *καὶ ὁ παμβοώμενος* (*τρίπους*) legendum suasit.

Epigr. 134. Plut de Herod. malign. c. 39: *Διοδώρου δέ τινος τῶν Κορινθίων τριηραρχῶν ἐν ἱερῷ Λητοῦς ἀναθήμασι κειμένοις καὶ τοῦτο ἐπιγέγραπται· Ταῦτ' κτλ.* Anthol. Pal. VI 215: A *τοῦ αὐτοῦ* (*Σιμωνίδου*)· item A *ἀνάθημα τῇ Λητοῖ παρὰ ναυτῶν*. Simonidi cur abiudicemus nihil causae est: neque enim *ταῦτα* v. 1 malae fraudis aut noviciae originis suspicionem movet. Sed Plutarchus hoc quoque epigramma non integrum videtur adscripsisse, deest distichon, quo poeta exposuit, quae Diodorus eiusque nautae in pugna Salaminia strenue gesserint. — V. 1. *δυσμενέων*, cod. Pal. *δυσαμένων*. — V. 2. *ἀνέθεν* Blomfield, Boeckh, Dobree, vulgo *ἀνέθεντο*, Hartung *ὅπλα θέσαν* requirit. — *ναυμαχίας*, Plut. *ναυμαχίης*.

Epigr. 135. Plut. de Herodot. malign. c. 34: *Εἶτα πιστεύειν ἄξιον τούτῳ γράφοντι περὶ ἀνδρὸς ἢ πόλεως μιᾶς, ὃς ἑνὶ ῥήματι τὸ νίκημα τῆς Ἑλλάδος ἀφαιρεῖται καὶ τὸ τρόπαιον καθαιρεῖ καὶ τὰς ἐπιγραφάς, ἃς ἔθεντο παρὰ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Προσηώᾳ, κόμπον ἀποφαίνει καὶ ἀλαζονείαν; ἔχει δὲ οὕτω τὸ ἐπίγραμμα· Παντοδαπῶν κτλ.* Idem affert vit. Themistocl. c. 9, ubi v. 1 *Ἀσίης* et v. 3 *ναυμαχίῃ* legitur, priore loco *Ἀσίας* et *ναυμαχίᾳ* quae revocavi. — V. 4. *ἀνέθεν* scripsi, legebatur *ἔθεσαν*, quae librariorum est correctio, cum vulgaris forma *ἀνέθεσαν* tradita esset, quae versus numero adversatur. *Σήματα* poeta pilam et titulum inscriptum dicit, non *ἐπιγραφήν* sive *γράμματα*, quamquam *σήματα* apud Homerum antiqui interpretes in hunc modum interpretati sunt, adde Phaniam Anth. P. VI 295 *ἔργμα τε λείας σαμοθέτω*, sed in epigr. Romano CIGr. III 6222 *καρπαλίμως γράψαι σημῆϊα δίπλοα φωνῆς Ἑλλάδος εὖ εἰδὼς ἠδὲ καὶ Λύσονίων* notas tachygraphorum dici recte perspexit Bonada, quemadmodum est in epitaphio Agrippinensi CI Rhen. 323 *iam doctus in compendia Tot literarum et nominum Notare currenti stilo, Quot lingua currens diceret.* — *Simonidi* h. ep. probabiliter vindicavit Schneidewin; *ταῦτα* neque hic neque ep. 134 offensioni est.

136. [193.]

Δημόκριτος τρίτος ἦρξε μάχης, ὅτε παρ Σαλαμῖνα
Ἕλληνες Μήδοις σύμβαλον ἐν πελάγει·
πέντε δὲ νῆας ἕλεν δηΐων, ἕκτην δ' ὑπὸ χειρός
ῥύσατο βαρβαρικῆς Δωρίδ' ἁλισκομένην.

137. [194.] 1164

Αἶδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ ἰθυμάχων πολιητᾶν

Epigr. 136. Plut. de Herod. malign. c. 36: *Τὸ Δημοκρίτου κατόρθωμα καὶ τὴν ἀριστείαν, ἣν ἐπιγράμματι Σιμωνίδης ἐδήλωσε· Δημόκριτος κτλ.* Insolens sane epigrammatis species, fraudis tamen suspicio procul habenda; Plutarchus haud dubie exordium in artum redegit, poeta videtur scripsisse: (*ἄνθηκεν τόδε ....*) *Δημόκριτος .... (Νάξιος, ὃς) τρίτος ἦρξε μάχης.* — V. 3. *χειρός* TVB, vulgo *χεῖρα.* — V. 4. *βαρβαρικῆς* TVB, *βαρβαρικὴν* vulgo. Reiske coni. *ἀπὸ* (Schneidewin *ὑπὸ*) *χειρῶν ῥύσατο βαρβαρικῶν.*

Epigr. 137. Athen. XIII 573 C: *Νόμιμόν ἐστιν ἀρχαῖον ἐν Κορίνθῳ, ὡς καὶ Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Πινδάρου, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας καὶ ταύτας προσεύχεσθαι τῇ θεῷ καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι. Καὶ ὅτε δὴ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατείαν ἦγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἑβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι ηὔξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦσαι νεών· διὸ καὶ Σιμωνίδης ἀναθέντων τῶν Κορινθίων πίνακα τῇ θεῷ τὸν ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα καὶ τὰς ἑταίρας ἰδίᾳ* (corrigendum videtur *δημοσίᾳ*, nam *ἰδίᾳ* est seorsim, cf. Thucyd. I 132. Herod. VII 228. Diod. XI 33) *γραψάντων τὰς τότε ποιησαμένας τὴν ἱκετείαν καὶ ὕστερον (ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς* recte inseruit Kaibel) *παρούσας συνέθηκε τόδε τὸ ἐπίγραμμα· Αἶδ' κτλ.* Idem epigr. affert Sch. Pind. Ol. XIII 32: *Θεόπομπος δὲ φησι καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν (Κορινθίων) εὔξασθαι τῇ Ἀφροδίτῃ ἔρωτα ἐμπεσεῖν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τοῖς Μήδοις, εἰσελθούσας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης . . . εἶναι δὲ καὶ νῦν ἀναγεγραμμένον ἐλεγεῖον εἰσιόντι εἰς τὸν ναὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρός· Αἶδ' κτλ.* Item Plut. de Herodot. malign. 39: *καὶ μὴν ὅτι μόναι τῶν Ἑλληνίδων αἱ Κορίνθιαι γυναῖκες εὔξαντο τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ δαιμόνιον εὐχήν, ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν τὴν θεόν, οὐχ ὅπως τοὺς περὶ τὸν Ἡρόδοτον ἀγνοῆσαι πιθανὸν ἦν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἔσχατον Καρῶν· διεβοήθη γὰρ τὸ πρᾶγμα, καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν ἐπίγραμμα, χαλκῶν εἰκόνων ἀνασταθεισῶν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης . . . τὸ δ' ἐπίγραμμα τοῦτό ἐστιν· Αἶδ' κτλ.* adde Iriarte Codd. Matr. 263, ubi *Ἀριστοτέλους* inscribitur, cuius lectiones cum schol. Pind. consentiunt. — Quamquam omnes iisdem auctoribus videntur usi esse magna tamen est dissensio, nam utrum Corinthiorum matronae an meretrices intelligendae sint, incertum: pariter ambiguum, quale fuerit donarium. Athenaeus ex Chamaeleontis Aristotelii libro *περὶ Πινδάρου* descripsit, nisi quod Theopompi et Timaei addidit testimonia, fortasse ex scholiis Pindaricis depromens, quamquam Timaei nomen in excerptis non com-

ἑστάθεν εὐξάμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ·
οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο δι' Ἀφροδίτα
Μήδοις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

paret*). Chamaeleonte etiam Pindari interpretes usi sunt, addito Theopompi testimonio, sed quae de originibus templi Veneris narrant, aliunde petierunt, ex Chamaeleonte depromta *ἔστι δὲ καὶ νῦν ἐλεγεῖον ἀναγεγραμμένον κτλ.***), ita enim scribendum, epitomator perperam *εἶναι* scripsit, omnia ad Theopompum referens. Plutarchus denique Pindaricis commentariis usus est, inde etiam Simonidis nomen ascivit, quod nunc ibi desideratur. Iam apparet meretrices haec vota fecisse, commodeque Chamaeleon Pindari scolion enarrans hoc exemplo usus est; neque fides habenda Theopompo, qui nescio quo errore Corinthiorum uxores substituit, quem sequitur Plutarchus, qui cum in scholiis hoc propagatum legisset, fortasse etiam Theopompi librum evolvit. Tabulam pictam Corinthios Veneri dedicasse testificatur locuples auctor Chamaeleo, Plutarchus aheneas statuas, perperam interpretatus ep. V. 2 *ἑστάθεν*, quandoquidem *ἱστάναι* vel *ἱστάναι χαλκοῦν τινα* vulgo de statuis honoris ergo positis dici solet, sed pariter Nossis Anth. P. IX 605 de mulieris imagine, quam picta tabula exhibuit, *ὡς ἀγανῶς ἕστακεν* dixit. — Epigramma gravem labem contraxit, nam apparet post v. 2 unum alterumve distichon intercidisse: oportebat enim plane dici, meretrices voti compotes factas esse; videtur poeta non solum preces mulierum ad eum modum, quem Theopompus testificatur, enarravisse, sed etiam ut solet Corinthiorum fortitudinem laudibus extulisse. Ambigas epigramma utrum consulto an casu sit mutilatum: equidem integrum adscripsisse Chamaeleontem existimo. Nam v. 2 post *Κύπριδι* quod infertur *δαιμονίᾳ* (paullo commodius foret *δαιμονίως*) valde offendit; nam *εὔχεσθαι δαιμονίᾳ* quid sibi velit, aegre expedias; Plutarchum, qui *δαιμόνιον εὐχήν* interpretatur, nihil moror, qui repperit epigramma ut nunc legitur. Contra *δαιμονίᾳ* i. e. *divinitus*, *divino auxilio* arcta necessitudine cum novissimo disticho coniunctum: nam v. 3 et 4 deos adfuisse Corinthiis Medico tumultu planissime testantur. Hiat igitur oratio iam v. 2, quem ita redintegraveris *ἑστάθεν εὐξάμεναι Κύπριδι δαμοσίᾳ*, apte enim poeta publicum, non privatum esse monumentum asserit, cf. ep. 89. Librarius aberrans ad *δαιμονίᾳ* quod insequebatur grave hoc detrimentum attulit, quod resarcire nequimus, cum ex Chamaeleontis libro, qui exscripserunt, imprudenter propagaverint. Denique addo neque lunghahnium neque Kaibelium hoc poematium Simonidi abiudicare, quamquam hunc exspectaveram obelo adpuncturum esse, siquidem parum congruit cum specie Simonidei epigrammatis, quam ipse delineavit, ut ad eam normam carmina quae vulgo feruntur examinaret. — V. 1. *Ἑλλάνων*, Ath. *Ἑλλήνων*. — *ἰθυμάχων*, Ath. *εὐθυμάχων* (P *ἐθυμάχων*), Schol. *ἀγχεμάχων* (Vrat. D *ἐγχεμ.*), Dobree *ἰθυμαχᾶν*. — V. 2. *ἑστάθεν* scripsi, Plut. *ἕσταθεν*, Ath. *ἔσταθεν*, Schol. *ἔστασαν*. — *εὐξάμεναι* Plut., *εὔχόμεναι* Schol., *εὔχεσθαι* Ath. (B *εὔχεσθε*). — *δαιμονίᾳ*, Plut. *δαιμόνιαι*, Lobeck *δαμοσίᾳ*, Hecker *καδεμόνι*, C. Fr. Hermann *δαίμονι ᾧ*, quod omnino falsum, M. Schmidt *τὶν στάθεν εὔχεσθαι Κύπρι λιλαιόμεναι*. — V. 3. *ἐμήσατο* Schol., *ἐμήδετο* Plut.,

---

*) Theopompum, neque vero Timaeum adhibere potuit Chamaeleo, sed neque illo videtur usus esse.

**) Aristarchi saeculo tabula picta superstes fuerit, quam mox urbis Corinthi incendium absumpsit.

138. [198.] 1165

Ἑλλάνων ἀρχαγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων
Παυσανίας, Φοίβῳ μνᾶμ' ἀνέθηκε τόδε.

—*139. [195.]

Ἑλλάδος εὐρυχόρου σωτῆρες τόνδ' ἀνέθηκαν,
δουλοσύνης στυγερᾶς ῥυσάμενοι πόλιας.

ἐβούλετο Ath., *ἐμήσαο* M. Schmidt. — *δι' Ἀφροδίτα*, ap. Schol. Vrat. D *δῖα θεοῖσιν Ἀφρ.* unde Boeckh coni. *δῖα θεάων.* — V. 4. *Μήδοις*, Ath. *Πέρσαις.* — *προδόμεν*, Schol. *δόμεναι.*

Epigr. 138. Thuc. I 132: *Καὶ ὅτι* (ὁ *Παυσανίας*) *ἐπὶ τὸν τρίποδά ποτε τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε· Ἑλλήνων ἀρχηγὸς* (Bgh *ἀρχὸς*) *κτλ. τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ξυγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον ἔστησαν τὸ ἀνάθημα* (huc etiam respicit idem III 57). *Simonidis* esse epigramma ostendit Pausan. III 8, 2: *Ὅτι γὰρ μὴ τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δὴ καὶ ἔτι πρότερον Παυσανίᾳ τὸ ἐπὶ τῷ τρίποδι Σιμωνίδης τῷ ἀνατεθέντι ἐς Δελφούς, ἄλλο δέ γε παρὰ ἀνδρὸς ποιητοῦ Λακεδαιμονίων τοῖς βασιλεῦσιν οὐδὲν ἔστιν ἐς μνήμην.* Legitur etiam ap. Demosth. in Neaer. 97. Plutarch. de Herod. mal. c. 42. Aristodemus p. 355 Wesch. Anth. Pal. VI 197 (A *Σιμωνίδου·* item A *ἀνάθημα τῶι Ἀπόλλωνι Παυσανίου*, sed *ου* in ras., C *εἰς Παυσανίαν*) ubi *ὤλεσα* et *ἀνέθηκα* est, Suid. v. *Παυσανίας*, Apostol. VII 9, d. Cf. etiam Nepot. vit. Paus. c. 1. Respicit Aristid. II 234. Ipsius monumenti Herodotus quoque mentionem fecit IX 81: *συμφορήσαντες δὲ τὰ χρήματα καὶ δεκάτην ἐξελόντες τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ, ἀπ' ἧς ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ἀνετέθη ὁ ἐπὶ τοῦ τριακαρήνου ὄφιος τοῦ χαλκέου ἐπεστεὼς ἄγχιστα τοῦ βωμοῦ.* Et aureus quidem tripus a Phocensibus, cum Delphicum templum diripuissent, conflatus, aheneus autem draco a Constantino Byzantium translatus (huc respicit etiam Schol. Thucyd. *ἔλαβον οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς, καὶ μετέθηκαν ἐπὶ τὸν ἱπποδρόμον τοῦ Βυζαντίου*) quamvis truncatus etiam nunc superest, et nuper demum sociorum nomina columnae striatae incisa in lucem restituta sunt: copiose disputavit de hoc monumento O. Frick in Iahnii Annal. Suppl. III 487 seqq., sed non recte censet aureum tantum lebetem impositum fuisse draconum capitibus; fuit enim revera tripus aureus, id quod etiam Wieseler arbitratur (in Iahnii Annal. LXXXIX—XC p. 242 seq.): sane incertum, quo pacto draco cum tripode fuerit consociatus: Wieseler duas proposuit coniecturas, mihi quidem posterior maxime probabilis videtur. — Pausaniae, qui Simonidem epigramma fecisse testatur, fidem derogat Kaibel, quoniam neque Thucydides neque Demosthenes poetae nomen addiderint; at historiarum scriptores et oratores, ubi monumentorum titulis utuntur, constanter auctoris nomen silentio praetereunt. Kaibel dicit, distichon omnino indignum esse Simonide, qui si hoc Pausaniae gratificatus esset, graves Atheniensibus poenas daturus fuisset. Idem vero, cum suspicatur ea, quae de poetae commercio cum Pausania feruntur, ficta esse omnia, quorum rumorum fons et causa sit hoc ipsum distichon, quamvis invitus largitur, Simonidis iam antiquitus hos versiculos attributos esse. — V. 1. *Ἑλλάνων ἀρχαγὸς* et v. 2 *μνᾶμ'* Anthol., reliqui *Ἑλλήνων ἀρχηγὸς* et *μνῆμ'*. — V. 2. *τόδε*, om. V ap. Suid.

Epigr. 139. Diod. Sic. XI 33: *Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐκ τῶν λαφύρων*

140. [199.] 1166

Τόνδε ποθ' Ἑλληνες νίκης κράτει ἔργῳ Ἄρηος,

δεκάτην ἐξελόμενοι κατεσκεύασαν χρυσοῦν τρίποδα καὶ ἀνέθηκαν εἰς Δελφοὺς ἐπιγράψαντες ἑλεγεῖον τόδε· Ἑλλάδος κτλ. Adde Arsen. 118. *Simonidi* tribuit Schneidewin, satis infirmo usus argumento, quod huic epigrammati quae subiecit Diodorus epitaphia Thermopylensia Simonidis sint (ep. 91. 92), abiudicat Goettling (in comm. acad. 1861 Ienae), cui inprimis displicet *Ἑλλάδος εὐρυχόρου*, quandoquidem Homericum Il. IX 478 *δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο* de urbe sit dictum; at ad eundem modum in epigr. ap. Athen. XII 536 B legitur: *ἄρχων Ἑλλάδος εὐρυχόρου*, de quo dixi in appendice epigr. Simonidis: multo magis offendit, quod Graeci milites *σωτῆρες Ἑλλάδος* dicuntur, nam dispar ratio ep. 129 *οὗτος ὁ τοῦ Κείοιο Σιμωνίδου ἐστὶ σαώτηρ*, atque illud ipsum a Simonide alienum carmen*). Diodoro, qui solus hoc epigramma servavit, nihil prorsus de Pausaniae disticho memoriae prodidit (vid. epigr. 138), etiam Nipperdey et Frick (Iahnii Ann. Suppl. III 503) fidem abrogant, nec immerito; nam Diodorum ita demum possis conciliare cum aliorum testimoniis, si statuas in locum prioris carminis (138), quod exsculptum est, aliud offensionis et invidiae immune substitutum esse. At Thucydides et ceteri, qui eandem rem enarrant, nullam alterius epigrammatis mentionem faciunt, aperte adversatur huic coniecturae Nepos Paus. c. 1: „hos versus Lacedaemonii exsculpserunt, *neque aliud scripserunt* quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi." Nihilo secius olim hanc coniecturam tuitus sum, ratus epigramma Pausaniae in tripode aureo, non in columna striata scriptum fuisse. At postquam Dethier et Mordtmann denuo monumentum examinaverunt et in ipsa hac columna vestigia erasi epigrammatis deprehenderunt (vid. Acta Acad. Vindob. XIII p. 3 seq.),**) plane abieci eam opinionem, neque dubitavi epigramma, quod Simonidis non esse certum est, adpungere. Diodoro, si qua fides est Delphici monumenti titulum esse tradenti, coniicias multo post aureo tripode sublato hoc epigramma incisum esse in columnae striatae crepidine, cum bello Phocensi tandem composito Delphicum templum instauraretur. Quod Pausanias X 13, 9 hoc epigramma non commemorat, nullius est momenti, nam ille etiam columnae striatae titulum nulla mentione dignatus est. — V. 1. *εὐρυχόρου*, FL *εὐρυχώρου*. — V. 2. *δουλοσύνης*, Ars. *δουλοσύνας*.

Epigr. 140. Plut. de Herod. malign. c. 42: *τέλος δὲ (Ἀθηναῖοι καὶ*

---

*) Ut molestum illud *σωτῆρες* removerem, olim conieci *σωτήρια* vel *σῶτερ*, *σοὶ τόνδ' ἀνέθηκαν*, ut *ῥυσάμενοι* referatur ad socios, quorum nomina exhibet columna striata.

**) Eo ipso loco, ubi vestigia erasi carminis deprehenduntur, haec extant:

ΑΠΟΛΟΝΙΘΕΟ
ΑΝΑΘΕΜΑΠΟΛ

tum sequuntur nomina Graecarum gentium, unde Goettling huic indici versum hexametrum tituli loco praemissum fuisse intellexit, quem in hunc modum instauravit: *Ἀπόλλωνι θεῷ (στάσαντ') ἀνάθημ' ἀπὸ Μήδων.* Haec sociorum nomina etiam Olympiae in signo Iovis in dextra basis parte incisa erant, vid. Pausan. V 23. Tertium catalogum memorat Aristodemus c. 9, nomina in disco orbiculatim scripta esse testatus, ne quae gens principem locum obtineret; sed huius memoriae fides sit apud auctorem.

εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινὸν
ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν Ἐλευθερίου.

141. [196.]

Φημὶ Γέλων', Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,

Λακεδαιμόνιοι) *τῷ βωμῷ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο γράφοντες ἐνεχάραξαν· Τόνδε κτλ.* (v. 2 in codd. Par. deest). Idem legitur in vit. Aristid. c. 19, ubi omissus est v. 2, et in Anth. Pal. VI 50: A *Εἰς ναὸν ἀνατεθέντα τῷ Διΐ·* corr. in rasura *Σιμωνίδου*. Cf. Pausan. IX 2, 5. Disseruit de hoc epigrammate etiam Frick p. 533, qui quod dicit legi ap. scholiastam Herodoti IX 85, quid sibi velit non assequor. Cum lemma tantum Anth. Simonidis nomen exhibeat, ceteri taceant, Kaibel fraudem manifestam esse putat, plurimum tribuens Pausaniae silentio, qui si epigramma in ara additum fuisset praesertim Simonideum, haud dubie mentione dignatus esset. Atqui Plutarchus Chaeronensis testatur Graecos post pugnam Plataeensem aram Iovi dedicavisse et illos versus inscribendos curavisse: constat igitur iam saeculo ante Pausaniam versus incisos fuisse. Neque novicium est carmen, hunc antiquitatis nitorem et elegantiam non poterat Graeculorum vanitas assequi. Simonidem autem, qui tumulos mortuorum prope Plataeas versibus suis ornavit, consentaneum est, etiam hoc epigramma condidisse: neque enim credere par est. tam insigne monumentum sine titulo neglectum iacuisse. — V. 1. *Ἕλληνες*, Anth. *Ἕλλανες*. — *νίκης κράτει*, ap. Plut. vit. Arist. *νίκας κράτει* (i *ἐκράτει*). et ib. pro *ἔργῳ Ἄρηος* Fa *πόθῳ ἄργεος*, L *πόθῳ ἄργος*. contra Anth. *ῥώμῃ χερός, ἔργῳ Ἄρηος*. Kaibel *Νίκης* desiderat, quoniam *Ἄρηος* subsequatur, nescius id iam Sintenisium occupavisse; alii futilibus coniecturis haec tentaverunt, Schneidewin *νίκης κρατεῖ ἔργῳ Ἄρηος*, Hartung *νίκας κρατερεργέος εἵνεκ'*, Schmidt *ἔρνος* vel *ὄζοι Ἄρηος*. — V. 2. *ψυχῆς λήματι*, Anth. *ψυχᾶς* (cod. P *ψυχῆς*) *λάματι*. — V. 3. *ἐλευθέρᾳ . . . κοινόν*, Anth. *ἐλεύθερον . . . κόσμον*, et *ἐλεύθερον* etiam Plut. vit. Arist.

Epigr. 141. Schol. Pind. Pyth. I 155: *Φασὶ δὲ τὸν Γέλωνα τοὺς ἀδελφοὺς φιλοφρονούμενον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ χρυσοῦς τρίποδας, ἐπιγράψαντα ταῦτα· Φημὶ κτλ.* ubi medio disticho omisso leguntur v. 1. 2. 5. 6. *Simonidis* epigramma esse ostendit Anthol. Pal. VI 214: A *Ἀνάθημα τοῦ αὐτοῦ·* corr. *Σιμωνίδου*. ubi vicissim v. 5 et 6 omissi. sunt. Denique Suidas Anthologia usus v. *Δαρετίου* sine poetae nomine et sine explanatione haec exhibet: *τὸν τρίποδ'* (Med. *τρίποδα δ'*) *ἀνθέμεναι* (E *ἀνθέμεθα*)· *ἐξ ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων Δαρετίου χρυσοῦ τᾶς δεκάτας δεκάταν* (vulgo *τὰς δεκάτας*, VC *τὰς δεκάτας δεκάτας*, A *δεκάτας δεκατ'*). Disseruit de his versibus Hultsch: de Damareteo argenteo Syracusanorum nummo Dresdae 1862 docte et subtiliter, verum quae proposuit, improbanda sunt fere omnia, velut peculiare auri talentum apud Siculos fuisse ratus, quod nullum omnino fuit, et Diodori narrationem (XI 26) cum hoc epigrammate frustra conciliare studens tandem eo devenit, ut suis rationibus ingens tripodis pondus ad auri libram redigeret, neque vidit, derisui futuros fuisse Dinomenis filios, si tam exilis munusculi pondus praesertim hac magnifica oratione indicavissent: atque illi aemulantes Graecis, qui post maxi-

παῖδας Δεινομένευς, τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι, 1167
ἓξ ἑκατὸν λιτρῶν καὶ πεντήκοντα ταλάντων
Δαμαρέτου χρυσοῦ, τᾶς δεκάτας δεκάταν,
βάρβαρα νικήσαντας ἔθνη· πολλὴν δὲ παρασχεῖν
σύμμαχον Ἕλλησιν χεῖρ' ἐς ἐλευθερίην.

mam victoriam munus ut videtur multo minus Apollini dedicaverunt et Pausaniam tituli honore orbaverunt, non solum sua nomina confidenter inscripserunt, sed etiam tripodem ex auro totum maximi ponderis deo obtulerunt; nam hic tripus inter pretiosissima Delphici templi monumenta vel primarium obtinebat locum. Sed de hac quaestione quam ea qua decet cura persequi non permittunt huius adnotationis angustiae, accuratius egi in conventu philologorum Halensi, vid. Act. conv. p. 25 seq. neque quidquam repperi, quod retractandum videatur: nam quae Hultsch non praesens, sed anno post (Act. p. 37 seq.) contra disseruit, nihil moror. Quod Simonidi denique abrogavit epigramma, satis superque arguit, quam infirmae fuerint rationes, quas antea his ipsis versibus tanquam germanis usus excogitaverat. — V. 1. Schneidewin *φαμι* et *Πολύζαλον* probabiliter. — V. 2. *Δεινομένευς*, cod. Pal. *διομένευς*. — *τὸν τρίποδ' ἀνθέμεναι* Anth. (Suid.), *τοὺς τρίποδας θέμεναι* Schol. male, unum tantum tripodem fuisse testatur etiam Diod. Sic. XI 26. Sed versus de interpolatione suspectus, poeta videtur ut solet *τόνδε ποτ' ἀνθέμεναι* scripsisse. — V. 3. ἓξ Boeckh (Metrol. Quaest. 295 et 304, ubi hoc distichon vindicat a Schneidewini suspicione, v. 3 et 4 subditicii videntur), legebatur *ἑξ*, quod tuetur Hultsch p. 16. — *λιτρῶν*, corrigunt *λιτρᾶν*. — *Δαμαρέτου* scripsi, nam *Δαμαρετίου* quod Bentley commendavit, vix ferendum: debebat *Δαμαρετείου* dici, aut si correpta paenultima poetae licuit proferre, certe non decebat continuo litteram vocalem correptam penitus eiicere, sed cum vulgaris forma versui non satis commoda esset, ausus est *χρυσὸν Δαμάρετον* scribere, quod non magis est improbandum quam Virgiliana *Romula tellus* et *Lavina littora*, aut quod Horatius de arte poet. 288: *Et qui praetextas et qui docuere togatas* novo modo dixit: atque in sch. Pind. Ol. II 1 *Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ Δημαρέτειον προσωνομάσθη νόμισμα* cod. Vrat. A teste Schneidero exhibet *δημάρετον ὠνομάσθαι*. Itaque cum olim etiam *Δαμαρέτας* in mentem venisset, id ipsum restitui, legebatur *Δαρετίου* (P *δᾰρετίου*, ubi s. m. accentum supra *ι* adiecit) neque aliter Suidas. Meineke *Δαρετίου* legendum proposuit, quod Lycophroni et poetis, qui figurata carmina scripserunt condonandum, non Simonidi, quem non decebat tenebricoso vocabulo reginae nomen occultare: nam si Sophocles veniam impetrat, cum Macedonum regem, qui a suis popularibus *Ἀρχέλαος* nuncupabatur, Atticorum more *Ἀρχέλεων* vocat, facile apparet nulli poetae licuisse reginam *Δαμαρέταν* inaudito prorsus nomine *Λαρέταν* appellare. — *τᾶς*, Suidae codd. ut videtur *τὰς*. — V. 5. Schneidewin *νικάσαντας* et *πολλὰν*, sicut v. 6 *Ἕλλασιν* et *ἐλευθερίαν*. Offendor vanitate verborum, quae in publico monumento, quod celeberrimo loco Graeciae fuit situm, vix videtur ferenda: nam certum est Sicilienses tyrannos nulla auxilia misisse Graecis adversus Persas pugnantibus; nam *πολλὴ χεὶρ* nihil aliud quam magnas copias significat, cf. Herod. VII 157 *ἁλὶς μὲν γὰρ γινομένη πᾶσα ἡ Ἑλλάς, χεὶρ μεγάλη συνάγεται*. Herodotus refert Gelonem, cum Graecorum legati venissent auxilium petentes, respondisse, velle se maximas copias subsidio mittere, si summa imperii sibi traderetur:

— 142.

Ἐξ οὗ τ' Εὐρώπην Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμεν

quod cum legati recusarent, infecta re domum rediisse. Sed ipse Herodotus VII 165 addit Siceliotas testari, *ὡς ὅμως καὶ μέλλων ἄρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὁ Γέλων ἐβοήθησεν ἂν τοῖσι Ἕλλησι*, nisi instans cum finitimis belli grave discrimen prohibuisset: neque vanum hoc esse commentum documento est pugna ad Himeram, qua Gelo magnas copias Carthaginiensium fudit ac fugavit eodem die, quo ad Salaminem proelium navale commissum, ut Herodotus auctor est, consentiente Aristotele Poet. c. 23, secundum Diodorum XL 26 eo die, quo Leonidas ad Thermopylas cecidit: addit autem Diodorus, cum Gelo in eo esset, ut subsidio veniret Graecis (*παρεσκεύαζετο πολλῇ δυνάμει πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ συμμαχεῖν τοῖς Ἕλλησι κατὰ τῶν Περσῶν*), nuntium de victoria Salaminia allatum esse, itaque expeditionis consilium abiecisse. Gelon igitur, quamvis rerum Medico bello gestarum non fuerit particeps, alacrem certe animum ad defendendam communem patriam exprompsit, ac devictis Carthaginiensibus Graecorum libertatem non minus stabiliverat, quam qui adversus Persas pugnaverunt. Hinc Pindarus Pyth. I 76 seq. proelium ad Himeram aequiperandum censet Salaminio tropaeo et victoriae Plataeensi, itaque Ephorus (schol. Pind. Pyth. 146) Gelonem dicit Carthaginiensibus *διαμαχησάμενον μὴ μόνον τοὺς Σικελιώτας ἐλευθερῶσαι, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν*. Eandem laudem Geloni et fratribus Simonides vindicat, nec poetae singularem modestiam desiderabis, si *σπουδῇ δὲ παρασχεῖν σύμμαχον Ἕλλησιν χεῖρ' ἐς ἐλευθερίην* restitueris.

Epigr. 142. Affert. Aristid. II 209: *ὥστε τοῖς προτέροις ἔργοις ἐκπεπληγμένων τῶν ποιητῶν τοῖς ὅτ' ἐπῆσαν οἱ βάρβαροι πραχθεῖσιν, ὅμως τις ὕμνησεν αὐτῶν εἰς ταῦτα ὕστερον, οὐ πάντα, ἀλλὰ μιᾶς τινος ἡμέρας ἔργα, ἐξ οὗ τ' κτλ.* et secundum distichon ib. 210 repetitur. Simonidis esse idem significat 513, ubi rursus integrum epigramma una cum aliis Simonidis carminibus affertur. Adde schol. Aristid. III 209 (Frommel 70 et 366): *εἰς τὰς αὐθημερὸν ταύτας νίκας Σιμωνίδης ὕμνησε, λέγων ἐξ οὗ τ' κτλ.* Anth. Pal. VII 296 corr. *σιμωνίδου τοῦ κήου· C εἰς τοὺς μετὰ κίμωνος στρατευσαμένους ἐν κύπρῳ ἀθηναίους, ὅτε τὰς ϙ' ναῦς τῶν φοινίκων ἔλαβον*. Diod. Sic. XI 62, qui dicit: *ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων δεκάτην ἐξελόμενος ἐκ τῶν λαφύρων ἀνέθηκε τῷ θεῷ, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἐπὶ τὸ κατασκευασθὲν ἀνάθημα ἐπέγραψε τήνδε· ἐξ οὗ γ' κτλ.* Denique Apostol. VII 57a, et sine p. nom. Arsen. 329. — Carmen hoc, quod Iunghahn novicium poetam ludendi causa panxisse perhibet, antiquum et nobile fuisse arguunt duo epigrammata, quorum exordium ad huius poematii similitudinem compositum est, Atticum satis pingui illud quidem Minerva edolatum et incisum Ol. 101, 1 (CIGr. I 85): *Ἐξ οὗ Κέκροπα λαὸς Ἀθηναίων ὀνομάζει, καὶ χώραν Παλλὰς τήνδ' ἔκτισε δήμῳ Ἀθηνῶν, οὐδεὶς Σωσιβίου καὶ Πυρρᾶ μείζονα . . .**) *φυλὴν Κεκροπιδῶν ἔργῳ ἔδρασ' ἀγαθά*, alterum illo ut videtur aetate fere suppar Xanthi in Lycia repertum (CIGr. III 4269): *(Ἐ)ξ οὗ τ' Εὐρώπην (Ἀ)σίας δίχα πόν(τ)ος ἔνε(ιμεν ο)ὐδεὶς πω Λυκίων στήλην το(ι)άνδ' ἀνέθηκ(ε)ν δώδεκα θεοῖς ἀγορᾶς ἐν καθαρῷ τεμένει (νικ)έων καὶ πολέμου μνῆμα τόδ' ἀθάνατον κτλ.***). — V. 1. *ἐξ οὗτ'*

---

*) Scripsi *Πυρρᾶ*, Boeckh *Πύρρα* dedit. Novissimum vocabulum, cuius aliquot elementa restant, non expedio.

**) Memorabile est in utroque monumento *ΟΤΔΕΣ* exaratum esse, qui consensus cum non fortuitus videretur, conieci in archetypo fuisse

καὶ πόλιας θνητῶν θοῦρος Ἄρης ἐφέπει, 1168
οὐδένι πω κάλλιον ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὁμοῦ.
οἶδε γὰρ ἐν γαίῃ Μήδων πολλοὺς ὀλέσαντες
Φοινίκων ἑκατὸν ναῦς ἕλον ἐν πελάγει
ἀνδρῶν πληθούσας· μέγα δ' ἔστενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν
πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ κράτει πολέμου.

Aristid. et schol. (epigr. Xanth.), ἐξ οὗ γ' Anth. Diod. Ars. — Εὐρώπην Ἀσίας, Anth. Εὐρώπαν Ἀσίης. — ἔνειμεν, Aristid. et schol. ἔκρινεν. — V. 2. πόλιας, Diod. πόλεας (codd. πολέας), Anth. πόλεμον λαῶν, inde Dorville πολέμους θνατῶν commendavit, mihi πόλιας λαῶν poeta videtur scripsisse, nam θνητῶν displicet, quoniam ἐπιχθονίων ἀνδρῶν continuo subsequitur. — ἐφέπει, Diod. ἐπέχει. — V. 3. οὐδένι, Diod. οὐδέν, Anth. οὐδαμά. — κάλλιον, Anth. cod. P καλλίων, Diod. τοιοῦτον male, fortasse Atticum illud epigramma vel aliud simile librariis veteribus obversabatur. — V. 4. ἔργον, cod. P. Anth. a m. pr. εὖεργον. — ὁμοῦ, Anth. Diod. ἅμα. — V. 5. οἶδε, Anth. cod. P οἰδε, schol. Arist. cod. A et Paris. B εἶδε. — γαίῃ Arist. et schol., Κύπρῳ Diod. Anth. Arsen.; γαίῃ, quod iam Krüger recto usus iudicio tuetur, non solum commendatur verbis proximis ἐν πελάγει, sed etiam multo magis stabilitur versu praegresso ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὁμοῦ, quae lectioni ἐν Κύπρῳ plane adversantur; nam proelium pedestre si in insula commissum fuit, nullo pacto ἐν ἠπείρῳ dici potuit: itaque manifestum est, epigramma ad victoriam Eurymedontiam, non ad pugnas Cyprias spectare. Altera lectio ἐν Κύπρῳ nihil est nisi interpretamentum hominis, qui vel utramque victoriam temere confudit, vel deceptus est Diodori narratione (XI 60), qui proelium navale περὶ τὴν Κύπρον commissum esse narrat; etenim ἡ περὶ τὴν Κύπρον ναυμαχία poterat etiam ἡ ἐν κύπρῳ ν. dici, quemadmodum ἡ Σαλαμῖνι vel ἡ ἐν Μυκάλῃ μάχη, neque vero pedestris pugna ad Eurymedontem in Pamphylia commissa, quae hoc versu memoratur. Neque adversabor, si quis iam Diodorum in suo exemplo interpolationem istam repperisse existimet, quam denuo tuitus est Iunghahn plane incredibilia commentus, verbis οἶδε . . . πληθούσας navale proelium, μέγα δ' . . . πολέμου pedestre describi, ἐν Κύπρῳ ἐν πελάγει interpretatus opinor ἐν Κυπρίῳ πελάγει, sed ἀμφοτέραις χερσὶ cum intelligeret repugnare suae explicationi, prava coniectura αὖθ' ἑτέραις tentavit. — ὀλέσαντες, schol. Arist. cod. A ὀλέσαντας, ap. Diod. AHL ἐλάσαντες. Difficultatem, qua oratio laborat, infra expedire conatus sum, sed oportebat poetam, quem rerum gestarum ordinem cognitum habuisse consentaneum est, verborum ambiguitatem procul habere; haud scio an mendum delitescat: planam reddideris narrationem scribendo πολλοὺς Μήδων ἐδάμασσαν Φοινίκων θ' ἑκατὸν ναῦς ἕλον, quemadmodum est ep. 135 παντοδαπῶν ἀνδρῶν γενεὰς . . . τῶδέ ποτ' ἐν πελάγει ναυμαχίᾳ δαμάσαντες. Cum Simonides aliis locis ἐλάσαι vel ὀλέσαι de Graecis victoribus dixerit, non mirum ad eundem modum hunc locum interpolatum esse. — V. 6. ἕλον, ap. Arist. priore l. EN εἷλον. — V. 7. ἔστενεν, ap. Arist. pr. l. E ἔσταινεν, L ἔστεμεν, ap. Schol. A et Par. B ἔσθενεν,

---

οὐδείς πω κάλλιον ἐπιχθονίων τέλεσ' ἀνδρῶν ἔργον, ut uterque versificator antiquam scripturam monumenti in Cimonis honorem excitati servaverit: nam huius tituli admodum dubiam esse paradosin apparet.

in Anthol. huius hemistichii nihil superest nisi in rasura a m. s. *ἔστεν* . . . ., ap. Diod. H *δεσγενέασις ὑπ' αὐτῷ*, F *δ' ἐσγενεὰς* . . . *ὑπ' αὐτῷ*, K *δ' ἐσγενεὰς ὑπ' αὐτῷ*, et *ὑπ' αὐτῷ* etiam AL. — V. 8. *πληγεῖσ'*, in Anth. cod. P et sch. Ar. Par. B *πληγείς*. — *ἀμφοτέραις χερσὶ*, ap. Arist. priore loco vulgo *ἀμφοτέρα χειρὶ*, quod correctum ex ENL, in Anth. cod. P. *ἀμφοτεραῖς χερσὶ*. *Ἀμφοτέραις χερσὶ* est copiis pedestribus et maritimis, non quod vulgo dici solet *ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν* i. e. omni virium contentione, ac fortasse restituendum *ἀμφοτέρᾳ χειρὶ*, quemadmodum Aristid. I 226 de Xerxe Atticam invadente scripsit *ὁ δὲ ἀμφοτέρᾳ τῇ χειρὶ παρῆν*. Quod sequitur *κράτει πολέμου* satis tuetur ep. 140 *νίκης κράτει ἔργῳ Ἄρηος*. Perperam Blomfield tentavit *ἀμφοτέρως χερσοκρατεῖ πολέμῳ*, nec melius Hecker *πληγαῖς ἀμφοτέραις, χερσικράτει πολέμῳ*.

Sed quaeritur hoc epigramma num recte sit Simonidi adscriptum. Si quis ad Cyprias pugnas retulerit, tum a Simonide plane alienum; nam illae res gestae sunt Ol. 82, 3. Sed priores Cimonis victorias hoc epigrammate illustratas esse iam ad v. 5 adnotavi, quamquam homines docti etiamnunc ambigunt, utrum Cimonis victoria ad Eurymedontem àn posteriores pugnae ad Cyprum hoc poematio celebrentur. Aristides quidem victoriam Eurymedontiam planissime testatur priore loco II 209: *ἐπὶ δὲ Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ναυμαχίας καὶ πεζομαχίας μνημεῖα ἔστησεν ἀμφότερα ἡμέρᾳ μιᾷ νικῶν, ὥστε τοῖς προτέροις ἔργοις κτλ.* (quae supra adscripsi), neque aliter scholiasta Aristidis, qui non ad hunc locum, sed ad Panathenaicum adscripsit, et Simonidis nomen addit, quod apud ipsum Aristidem non legitur; item Diodorus, quamquam non satis recte res illic gestas enarravit, fortasse in errorem inductus prava lectione v. 5 *ἐν Κύπρῳ*. Cypriam pugnam Anthologia tueri videtur, sed lemmátis nulla plane est auctoritas; nam omnia quae ibi leguntur, ex ipso epigrammate petita sunt. Testium igitur locupletum auctoritas Eurymedontiam victoriam tuetur, atque sequitur hoc Krüger Hist. Stud. 1169
I 64 seq. Contra ad Cyprias pugnas referunt Engel Kypros I 282, nullis omnino argumentis usus, et A. Schaefer Philol. XXIII 183, qui quamquam et ipse v. 5 lectionem *ἐν γαίῃ* probat, tamen assensus est Engelio: sed argumenta quae profert, vacillant omnia. Eiusmodi praeconium, quale hoc epigramma exhibet, optime convenit victoriae Cimoniae, quae non tantum gravissime afflixit Persarum res (hinc aptissime v. 7 *μέγα δ' ἔστενεν Ἀσίς κτλ.*, id quod multo minus de altera victoria praedicari poterat), sed etiam eo memorabilis erat, quod eodem die bis victi sunt Persae, id quod de hac victoria testantur omnes, de altera nemo prorsus memoriae prodidit. Quod si quis posteriorem victoriam hunc in modum laudibus extulisset, gravem iniuriam erat facturus Cimoni, nullo quidem successu; neque enim Eurymedontiae victoriae memoria obscurata est Cypriarum pugnarum laude, sed potius illas depressit; cf. Lycurgi or. in Leocr. 72: *ἐπ' Εὐρυμέδοντι δὲ καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους ἔλαβον, ἅπασαν δὲ τὴν Ἀσίαν κακῶς ποιοῦντες περιέπλευσαν, καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης, οὐ τὸ ἐν Σαλαμῖνι τρόπαιον ἀγαπήσαντες ἔστησαν, ἀλλ' ὅρους τοῖς βαρβάροις πήξαντες τοὺς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος καὶ τούτους κωλύσαντες ὑπερβαίνειν, συνθήκας ἐποιήσαντο κτλ.* Diod. XI 61: *οὐδέποτε γὰρ μνημονεύονται τοιαῦται καὶ τηλικαῦται πράξεις γενέσθαι κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν καὶ ναυτικῷ καὶ πεζικῷ στρατοπέδῳ.* Arist. I 296: *ἤδη δὲ καὶ δύο τρόπαια εἰς μίαν ἡμέραν ἦλθε καὶ ναυμαχία πεζομαχίᾳ παρισώθη· τοσοῦτον δὲ τῷ βασιλεῖ περιεγένετο, ὥστε ἐνδοξοτέραν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν καὶ τοὺς τόπους ταῖς νίκαις ἐποίησαν· ὁ δ' οὖν Εὐρυμέδων οὐχ ἥκιστα διὰ τούτους ᾄδεται.* Pausan. I 29, 15: *οἱ σὺν Κίμωνι τὸ μέγα ἔργον (ἐπ' Εὐρυμέδοντι) πεζῇ καὶ ναυσὶν αὐθή-*

μερον κρατήσαντες. Haec praeconia plane conspirant cum epigrammate, ac manifestum, illis hoc ipsum poematium obversatum esse: Cypriae victoriae nusquam eiusmodi laudibus ornantur. — Iam quod legitur in epigrammate v. 5 *ὀλέσαντες . . . ἕλον*, cave participium interpreteris latino vocabulo *postquam*, est enim nihil aliud quam *ὥλεσαν καὶ εἷλον**). Sane navale proelium ante pedestre commissum est, cf. Guil. Vischer de Cimone p. 24seq., sed poetae licuit ordinem rerum gestarum invertere, cum vel rerum gestarum scriptores et oratores, quibus non est eadem venia concessa, *ὕστερον πρότερον* admiserint plane ad eundem modum, velut Thucydides I 100: *ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἡ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία καὶ ναυμαχία Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους, καὶ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Ἀθηναῖοι Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος*. et Lycurgus (vide supra): *ἐπ' Εὐρυμέδοντι καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν*, sive quod usitata fuit cantilena *κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν* (cf. Diodor. XI 61: *νενικηκότες δύο καλλίστας νίκας τὴν μὲν κατὰ γῆν τὴν δὲ κατὰ θάλασσαν*), sive quod huius epigrammatis memoria iis obversabatur**). Non debebat igitur Schaefer uti hoc argumento, ut epigramma ad Cyprias pugnas revocaret, praecipue cum ibi quoque, ut iam olim monui, navale proelium ante pedestre sit commissum, id quod non solum per se consentaneum est, sed etiam Thucydides I 112 et Diodor. XII 3 testantur (nam Plut. vit. Cimon. c. 18 non satis dilucide res gestas enarrat). Denique quod epigramma centum naves Phoenissas captas esse testatur, sane eundem navium captarum numerum Diodor. XII 3, ubi proelium navale ad Cyprum descripsit, exhibet, verum etiam Lycurgus auctor est, centum naves in proelio Eurymedontio captas esse***), neque adversatur Thucyd. I 100: *καὶ εἷλον τριήρεις Φοινίκων καὶ διέφθειραν τὰς πάσας ἐς διακοσίας*, nam et per se consentaneum est, cum Phoenissae naves centum captae fuerint, Cilicum et Cypriorum naves non omnes salvas integrasque discessisse, ac praeter eas quas ceperunt Graeci, multas esse demersas (quemadmodum etiam in Cypria pugna factum, vid. Diod. XII 3: *πολλὰς μὲν τῶν νεῶν κατέδυσεν, ἑκατὸν δὲ σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν εἷλε*), idque ipsum testatur Diod. XI 66: *πολλὰς μὲν τῶν ἐναν-* 1170
τίων ναῦς διέφθειραν, πλείους δὲ τῶν ἑκατὸν σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν εἷλον, quae ex locuplete auctore descripsit (nam infra XI 61 temere dicit captas esse naves CCCXL, tot enim navium tunc erat Persica classis); haec igitur Thucydides comprehendit, naves CC numerans, quae non recte interpretatus Plutarchus vit. Cimon. c. 12 captas dicit CC, et praeterea alias demersas esse coniectura auguratur. Itaque Schaeferi argumentis refutatis tenebimus, epigramma hoc ad Eurymedontiam Cimonis victoriam referendum esse.

Sed quaeritur quo iure hoc epigramma ad Simonidem referatur, cui plerique, qui hos versus servarunt, nominatim tribuunt. Simonidem diem supremum Ol. 78, 1 sub finem anni obiise constat, sed proelia ad Eurymedontem commissa cui anno sint adscribenda omnino incertum.

---

*) Sed conferas quae supra ad h. v. exposui.

**) Iunghahn recte composuit ep. 105 de his ipsis rebus ad Eurymedontem gestis *πεζοί τε καὶ ὠκυπόρων ἐπὶ νηῶν*, et ep. 107 v. 5 ubi poeta propter vinctae orationis angustias proelium ad Mycalen ante Salaminiam pugnam memorat.

***) Eundem numerum prodidit Aristodemus c. 11 paucis res ad Eurymedontem gestas perstringens: *καὶ ἐναυμάχησαν Φοίνιξι καὶ Πέρσαις, καὶ λαμπρὰ ἔργα ἐπεδείξαντο, ἑκατόν τε ναῦς ἑλόντες αὐτάνδρους ἐπεζομάχησαν, καὶ δύο τρόπαια ἔστησαν, τὸ μὲν κατὰ γῆν, τὸ δὲ κατὰ θάλατταν*.

Diodorus has pugnas ad Ol. 77, 3 refert (XI 60), ita ut nihil obstare videatur, quominus credamus Simonidem hoc praeconio Cimonem exornavisse: sed Diodorum iustam temporum rationem parum diligenter observavisse satis superque constat. Longe aliter Eusebius, qui hoc proelium ad Ol. 79, 4 refert: sed quae sit illi fides, apparebit, si reliqua, quae ibi recenset, aliorum auctorum fide ad iustos calculos revocaveris: omissis igitur iis, quae non licet satis certo ad annalium ordinem revocare, Eusebii rationes*) et ex adverso emendatos annales adscribo.

Eusebius.	
Ol. 74, 4. Xerxes Athenas incendio absumpsit, ut ipse Eus. dicit, Callia(de) archonte.	Ol. 75, 1.
Ol. 75, 1. Proelia ad Thermopylas et ad Salaminem.	Ol. 75, 1.
Ol. 75, 4. Hiero Geloni succedit (cf. Ol. 76, 2).	Ol. 75, 3.
Ol. 76, 1. Proelia ad Plataeas et apud Mycalen.	Ol. 75, 2.
Ol. 76, 4. Pindarus inclaruit.	Ol. 75, 1. (Diod. S. XI 26)
Ol. 77, 1. Themistocles ad Persas confugit.	Ol. 75, 1.
Ol. 77, 2. Sophocles primam docuit fabulam (cf. etiam Ol. 78, 1).	Ol. 77, 4.
Ol. 78, 3. a) Themistoclis mors (Diodorus Ol. 77, 2).	
b) Socrates natus.	Ol. 77, 4 (sec. Apollod.).
c) Lapis de coelo cecidit.	Ol. 78, 2 (Plin. II 149).
Ol. 79, 1. Artaxerxes Artabano successit.	
Ol. 79, 3. Siciliae populare imperium.	Ol. 78, 3.
Ol. 79, 4. a) Proelium ad Eurymedontem.	
b) Solis defectio.	
Ol. 80, 1. Anaxagorae mors.	Ol. 78, 1 sec. Apollodori depravata exempla.

Apparet igitur, omnes res gestas non solum non suis annis adscribi, sed etiam, quod multo est gravius, iustum rerum ordinem turbatum esse.

Non minus in diversas partes discedunt nostri homines. Krüger, qui omnium diligentissime rerum hoc tempore gestarum ordinem perscrutatus est, Diodori rationem (Ol. 77, 3) assensu suo comprobavit (Hist. Stud. I 52 et 64 seqq.); Schneidewin O. Müllero auctore has pugnas multo post commissas esse statuit, itaque Simonidi non tantum hoc epigramma, sed etiam 105 et 106 abrogat; Clinton haec quadriennio post sive Ol. 78, 3 accidisse arbitratur, eumque sequuntur Grote, Curtius Hist. Gr. II 118, Oncken Athen und Hellas I 130. II 135; denique A. Schaefer, qui nuper denuo Krügeri rationes examinavit (de rerum post bellum Pers. gest. temporibus. Lips. 1865), pugnas illas ad Ol. 78, 4 revocavit**).

Ego cum antea Krügerum secutus Cimonis victoriam ad Ol. 77, 3 retulissem, postea proximo anno Ol. 77, 4 attribui (de vita Sophoclis p. XIII), quamquam quae ibi scripsi nunc non iam omni ex parte tueor. 1171
Sunt autem hae quaestiones tantis difficultatibus impeditae, ut vix liceat rationem proponere, quae nulli calumniae sit obnoxia. Velut Schaefer, qui denuo haec sub examen vocavit, cum eidem anno, quo Cimon victo-

*) Eusebianos numeros nunc adscripsi quemadmodum Schoenii recensio exhibet.

**) Qui post Schaeferum res hac aetate gestas perstrinxit, Pierson (Philol. XXVIII) de proelii ad Eurymedontem tempore assensus est Schaefero (vid. l. l. p. 66), de aliis rebus dissentiens.

riam illam reportavit, Thasiorum defectionem adscripsit, haud dubie errat: nam Thucydides cum (I 100) *χρόνῳ ὕστερον*, non *μετὰ ταῦτα*, Thasios defecisse dicat, longius temporis intervallum intercessisse iure colligas: recto iudicio usus Krüger I 145 duorum vel trium annorum interstitium significari arbitratur. Thasus hiberno tempore, ut consentaneum est, defecit, cum comperissent, opinor, Athenienses id agere, ut continentis oram finitimam coloniis occuparent: Athenienses, ut verisimile est, statim verno tempore Thasiorum classem navali proelio superaverunt et urbem obsidione cinxerunt: continuo autem, aestate ut videtur, expeditionem ad Strymonem, quam paraverant, susceperunt; sed haud ita multo post, hieme Atheniensium coloni maxima clade a Thracibus afflicti sunt: hanc calamitatem scholiasta Aeschinis d. f. l. 31 *ἐπὶ Λυσικράτους* accidisse tèstatur: praetoris nomen corruptum, Krügerus facillima mutatione *Λυσιστράτου* restituit, ut clades illa Ol. 78, 2 acciderit: haec ratio si recte se haberet, possis suspicari *Λυσικράτους* nomen vitii immune esse et potius apud Diodorum id ipsum nomen in locum *Λυσιστράτου* substituendum: tunc igitur Thasus defecit Ol. 78, 1 ac nihil prohibet, quominus Krügerum secuti Cimonis victoriam ad Ol. 77, 3 referamus. Sed cum proximorum annorum magistratus nomina similia gerant, Ol. 78, 3 *Λυσανίας*, Ol. 78, 4 *Λυσίθεος*, incerta est emendatio; illud certum, unum ex tribus huius triennii nominibus restituendum esse. Equidem omnibus rerum momentis examinatis Clintoni coniecturam sequor *ἐπὶ Λυσιθέου*, quamvis minus facilis videatur, quam post alios etiam Schaefer probavit. Tunc igitur Thasus defecit Ol. 78, 3; ac si statuimus circa initium Ol. 78 apud Eurymedontem pugnatum esse, interstitium, quod Thucydidis verba arguunt, nacti sumus.

Postquam Themistocles testarum suffragiis extorris factus erat, Cimonis virtus enituit; et Eion quidem capta Ol. 77, 3 (*ἐπὶ Δημοτίωνος*); Cimoni et collegis victoribus Athenienses hermarum dedicandorum honorem concesserunt (vid. Aeschin. in Ctesiph. 183 seq.), statimque colonia illuc deducta, fortasse hoc ipso anno; sed clade ibi afflicti sunt Athenienses proximo anno Ol. 77, 4 (*ἐπὶ Ἀψεφίωνος*): nam scholiasta Aeschinis non satis diligenter rem enarrat, quasi iidem duces, qui ceperint Eionem, cladis ignominiam perpessi sint. Eodem anno Ol. 77, 4 Cimon Scyrum expugnavit et Thesei ossa Athenas deduxit, simulque bellum cum Carystiis exarsit: hieme videtur Naxos defecisse, cuius insulae obsidio haud dubie diuturna fuit; defecisse insulam ante Cimonis victoriam certum est, sed subactam esse antequam Cimo expeditionem in Asiam suscepit, minime ex Thucydidis verbis conficias, qui ne intempestive narrationem intermitteret, ubi Naxi defectionem memoravit, statim quomodo Athenienses Naxiis subactis consuluerint, addit: fortasse Naxus Ol. 78, 2 demum manus dedit: ipse aliquando conieci apud schol. Arist. Vesp. v. 355, ubi dicitur Naxus capta esse *ἐπὶ Πεισιστράτου*, legendum esse *ἐπὶ Λυσιστράτου*, nam nimis gravis error grammatici esse videbatur, qui Aristophanem Pisistrati expeditionem respexisse crediderit: sed haec in medio relinquo. Verno autem tempore Ol. 77, 4, postquam Sophocles Dionysiis urbanis victor renuntiatus est (vid. vit. Soph. p. XII n. 35), Cimon expeditionem in Asiam suscepit, et media aestate sive Ol. 77, 4 extremo sive Ol. 78, 1 ineunte Persas terra marique fudit ac fugavit.

Quaeritur denique, utrum inter *ἐπικήδεια* an inter *ἀναθηματικά* hoc epigramma referendum sit: sane in Anthologia illis accensetur, at Diodorus dilucide: *ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων δεκάτην ἐξελόμενος ἐκ τῶν ληφύρων ἀνέθηκε τῷ θεῷ* (unus cod. I *τῇ θεῷ*) *καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἐπὶ τὸ κατασκευασθὲν ἀνάθημα ἐπέγραψε τήνδε*. Aristides nihil ad solvendam quaestionem confert. Krügerus I 67 seq. funebre esse car-

men contendit, maxime confisus pronomine οἵδε, verum enim vero fatendum praeterea in ipso poematio nihil inesse, quod sepulcro destinatum esse arguat; neque existimandum, unum alterumve distichon intercidisse, nam carmen haud dubie integrum est*). Itaque nunc potius Diodorum sequor, quem facile apparet haec non ipsum commentum esse, sed aliunde descripsisse; atque tam diligenter sive potius negligenter hoc officio functus est, ut cum locum, ubi hoc monumentum fuit, nominatim dicere deberet, id praetermiserit**). Equidem credo in memoriam victoriae Cimonis ceterorumque ducum statuas dedicatas fuisse, ut iam commode in epigrammate dici potuerit οἵδε γὰρ κτλ. Tale monumentum fuit, quod Spartani post victoriam ad Aegos flumen Delphis dedicaverunt, ubi praeter deorum signa etiam Lysandri aliorumque plurimorum statuae visebantur, cf. Paus. X 9, 7 seq. Neque ab antiquioris artis ingenio abhorrere eiusmodi monumenta arguit donum, quod Phocenses in memoriam victoriae de Thessalis reportatae Delphis dedicaverunt, Aristomedontis opus, qui ut Pausan. X 1, 10 refert finxerat *Τελλίαν τε τὸν μάντιν καὶ ὅσοι μαχομένοις ἄλλοι σφίσιν ἐστρατήγησαν, σὺν δὲ αὐτοῖς καὶ ἥρωας τῶν ἐπιχωρίων*. Adde Onatae opus, quod Tarentini Delphis dedicaverunt, quod ipsam Tarentinorum et barbarorum pugnam exhibebat, vid. Paus. X 13, 10 (ubi praeter alios Opis, Iapygum rex, nominatim recensetur); porro Atheniensium monumentum, quod post proelium Marathonium Apollini Pythio consecraverunt, ib. X 10, 1: *τῷ βάθρῳ δὲ . . . ἐπίγραμμα μέν ἐστιν ἀπὸ δεκάτης τοῦ Μαραθωνίου ἔργου τεθῆναι τὰς εἰκόνας*, ubi praeter deorum et heroum Atticorum statuas, quas Phidiam fecisse Pausanias auctor est, etiam Miltiades visebatur. — Diodorus cum decimam *τῷ θεῷ* oblatam esse memoret, Apollinem Pythium dici coniicias: at Delphis Athenienses palmam et Minervae signum dedicaverunt, neque praedae decima haec fuisse videtur, cf. Paus. X 15, 4: *τὸν δὲ φοίνικα ἀνέθεσαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν χαλκοῦν, καὶ αὐτὸν καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐπίχρυσον ἐπὶ τῷ φοίνικι ἀπὸ ἔργων, ὧν ἐπ' Εὐρυμέδοντι ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ τὸ μὲν πεζῇ, τὸ δὲ ναυσὶν ἐν τῷ ποταμῷ κατώρθωσαν*. Quapropter censeo apud Diodorum scribendum esse *τῇ θεῷ*, ut Athenienses Minervae decumam obtulerint, ac praeterea Apollini Delphico aliud donum de manubiis dedicarint***).

Iam si Athenienses Cimonis et collegarum statuas Minervae consecrarunt, facile apparet, opus diuturni laboris non continuo post ducum reditum absolvi potuisse; itaque id ipsum prohibet, quominus epigramma his statuis subscriptum Simonidi vindicemus, qui paucis mensibus post Cimonis reditum decesserit: nam quod antea largitus sum potuisse poetam grandaevum statim, postquam artifex operis sibi demandati consilium mente animoque designavit, hoc carmen in Cimoniae victoriae memoriam condere, iam retracto: Simonides, Hieronis hospitio

---

*) Titulus inscriptus pilae in Ceramico Athenis in honorem eorum, qui ad Eurymedontem occubuerunt, extat supra ep. 105: itaque si hic titulus sepulcralis, foret referendus ad monumentum in Pamphylia excitatum.

**) Diodorus historiarum scriptorem, Ephorum ut opinor, sequitur, qui si *τῇ θεῷ* scripsit, manifestum erat donarium Athenis Minervae oblatum esse. Diodorum, qui non sicut Ephorus Athenis degebat, planius rem exponere decebat.

***) Quod in epigrammate locus, ubi proelia commissa sunt, non nominatur, nihil habet offensionis: etenim additus erat praeterea legitimus titulus, qui significabat Athenienses Minervae dedicavisse hoc monumentum de manubiis, postquam Medos ad Eurymedontem duobus proeliis profligaverunt.

143. [200.]

Τόξα τάδε πτολέμοιο πεπαυμένα δακρυόεντος
νηῷ Ἀθηναίης κεῖται ὑπωρόφια,
πολλάκι δὴ στονόεντα κατὰ κλόνον ἐν δαΐ φωτῶν
Περσῶν ἱππομάχων αἵματι λουσάμενα.

144. [201.]

Οὕτω τοι, μελία ταναά, ποτὶ κίονα μακρὸν
ἧσο, πανομφαίῳ Ζηνὶ μένουσ' ἱερά·

usque ad mortem usus, neque hoc neque ep. 105 potuit componere cf. quae supra p. 446 dixi. Nihilo secius is qui primus Simonidis epigrammata collegit, utrumque poemation recepit, itaque Aristides *π. παραφθ.* una cum aliis Cei poetae elogiis adhibuit, neque quod alio loco (II 209) vocula *τὶς* utitur, indicio est, poetae nomen latuisse aut criticos veteres derogavisse Simonidi*). In exordio inprimis memorabile, quod poeta significat Asiam et Europam olim continuas postea interfuso mari diremtas esse, id quod Plinius quoque H. N. II 205 testatur (*mersam Europam Asiamque Propontide et Ponto*). Poeta Ionici alicuius philosophi placitum tunc nobile respicere videtur: quod si Archelaus Cimonis familiaris hoc elogium panxit, coniiclas hunc eundem esse Archelaum, quem ad Anaxogoram se applicavisse constat. A Simonidis quidem arte hoc abhorret, sed convenit poetis, qui subsecuti sunt, philosophiae studio tunc Athenis vigente: manifestum documentum deprehendimus in eorum elogio, qui ad Potidaeam occubuerunt: *αἰθὴρ μὲν ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ χθών*: hoc enim placitum, quod postea Euripides in scena usque decantavit, ex Anaxogorae doctrina repetendum, cuius studiis scenicus philosophus Ol. 87 nondum fuit initiatus.

Epigr. 143. Anth. Pal. VI 2: A *Σιμωνίδου*· C *ἐπὶ τόξοις ἀνατεθεῖσιν ἐν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ναῷ*. Etiam cod. Par. *Σιμωνίδου*. — V. 1. *τόξα*, Meineke *θώπλα* coniecit, quoniam nulli Graecorum fuerint sagittarii: at erant Atheniensibus sagittarii, ut locupletissimus auctor Aeschylus in Persis 460 testatur; hinc Pausanias ap. Herod. IX 60: *ὑμεῖς δ' ἡμῖν τοὺς τοξότας ἀποπέμψαντες χάριν θέσθε*. idem IX 22 narrat selectos trecentos Atheniensium duce Olympiodoro adiunctis sagittariis (*τοὺς τοξότας προσελόμενοι*) adversus Persarum equites pugnavisse et Masistium interfecisse, cuius lorica Athenis visebatur (cf. Boeckh Oec. II 168). Haec igitur commode hoc epigramma illustrant, quod haud dubie ad Atheniensium donarium referendum. Adde praeterea de sagittariis Plut. Thes. c. 14. — V. 2. *Ἀθηναίης* cod. supra, sed a pr. manu *Ἀθηναίαι*, quemadmodum cod. Par., *ὑπ Ἀθηναίης* Plan. — *ὑπωρόφια*, *ὑποροφια* cod. Pal. et Par. — Demonstrativum carmen videtur Kaibelio, itaque adpunxit.

Epigr. 144. Anth. Pal. VI 52: A *Ἀνάθημα τῷ Διῒ παρὰ στρατιώτου· Σιμωνίδου*. — V. 1 et 2 affert Suid. v. *ἧσο*, v. *Μελίαι*, v. *Ταναή*. — *μελία ταναά*, Plan. Iriart. 94. *μελίη ταναή*. — *ποτὶ*, Suid. v. *ταναή* ex-

*) Corrigendum videtur *ὅμως ὕμνησεν αὐτῶν εἴς τις ταῦτα τὰ ὕστερον*, legebatur *ὅμως τις ὕ. αὐτ. εἰς ταῦτα ὕσ.*

ἤδη γὰρ χαλκός τε γέρων αὐτά τε τέτρυσαι
πυκνὰ κραδαινομένα δαΐῳ ἐν πολέμῳ.

145. [202.]

Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα, Σιμωνίδη, ἤραο ταύρους
καὶ τρίποδας, πρὶν τόνδ' ἀνθέμεναι πίνακα·
τοσσάκι δ' ἱμερόεντα διδαξάμενος χορὸν ἀνδρῶν
εὐδόξου Νίκας ἄγλαὸν ἅρμ' ἐπέβης.

hibet *ἀνὰ* (A *ἀντικίονα*). — V. 3. *αὐτά* Schneidewin, vulgo *αὐτή*. Affert hunc versum Suidas v. *τετρύσθαι*. — V. 4. *δαΐῳ* cod. P supra, *δηΐῳ* a m. pr. ut Plan., ubi etiam *κραδαινομένῃ*. — Versatur hoc epigramma in argumento, quod Alexandrini poetae et qui post secuti sunt, certatim tractaverunt, itaque olim mihi paradosis nominis Simonidei suspecta visa est, sed abieci hanc dubitationem, quandoquidem Mnasalcas, qui Simonideae artis filum aemulari solet, Anth. Pal. VI 125 et 128 ad hoc ipsum exemplum se accommodavit. Non esse demonstrativum epigramma vel inde conficias, quod reticetur nomen eius, qui quondam clypeum gessit: fuit enim donario additum. Kaibel *ἐπιδεικτικὸν* esse poematium censet.

Epigr. 145. Anth. Pal. VI 213: corr. *Ἀνάθημα τοῦ αὐτοῦ (Σιμωνίδου)*. Respicit Tzetz. Chil. IV 487, qui I 636 affert epigramma in Simonidem mortuum, quod ad huius similitudinem compositum est.*) — V. 1. *Σιμωνίδη ἤραο* Tzetz. altero loco, cod. Pal. *Σιμωνίδης ἤρατο*, sed a pr. m. *ἤραο*. — *ταύρους*, Tzetz. *νίκας*, quod probat Welcker in appendice trilog. Aeschyl. p. 242, recte adversante Schneidewino. — V. 2. cod. Pal. *ἀνθέμεν*. — V. 3. *τοσσάκι δ'*, Hecker *τοσσάκις*. — V. 4. *Νίκας*, fort. *Νίκης*. — Mihi epigramma non integrum esse videtur, fortasse ad hoc ipsum poematium referendum distichon epigr. 146, non tamen continuo his quattuor versibus subiungendum, sed intercidit distichon, quo Simonides fere id dixisse videtur, quod legimus apud Xenophanem 7, 4: *εἰπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως*. Pertinet autem opinor epigramma hoc ad eandem victoriam, quam ep. 147 illustrat: huius victoriae ergo Simonides tabulam, choregus tripodem dedicavit.

Epigr. 146. Arist. II 510: *Ἐτόλμησε γοῦν (Σιμωνίδης) εἰπεῖν· Μνήμην . . . ἰσοφαρίζειν· τουτὶ γὰρ οὐχ ἕτερος δήπου περὶ τοῦ Σιμωνίδου λέγει, ἀλλ' αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν πεποίηκεν· ἵνα δὲ μὴ δόξῃ νέος ὢν ἔτι καὶ ὡραϊζόμενος λέγειν, ταῦτα προστίθησιν· Ὀγδωκοντα ἑτεῖ κτλ.* Elegiae fragmentum Schneidewin esse censet. Vid. ad ep. 145. Adulterinum censet Kaibel, fictum ab incerto homine, qui cum in commentario epigrammatum Simonidis ad ep. 147 chronographi Parii

*) Novicium hoc et proletarium carmen, si Dübnero fides, Schneidewin Bacchylidi attribuit, sed neque in ed. Sim. neque in delectu (utroque enim loco repetitum est epigramma) haec opinio in medio proposita. Simonidis germanum epitaphium respexit Callimachus (v. Suid. v. *Σιμωνίδης*) *οὐδὲ τὸ γράμμα ᾐδέσθη τὸ λέγον μ' υἷα Λεωπρέπεος κεῖσθαι Κήϊον ἄνδρα*, qui videtur ipsius tituli verba iteravisse, ut iam appareat diversum hoc esse ab elogio, quod Tzetzes exhibet. Et germanum quidem epitaphium Bacchylidem composuisse veri est simillimum.

146. [204.] 1174

Μνήμην δ' οὔτινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν
ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρέπεος.

— 147. [203.]

Ἦρχεν Ἀδείμαντος μὲν Ἀθηναίοις, ὅτ' ἐνίκα
Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδάλεον τρίποδα·
Ξεινοφίλου δὲ τόθ' υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει
πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ·
ἀμφὶ διδασκαλίῃ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος
ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρέπεος.

testimonium adscriptum legisset, verba *ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρὼν* perperam interpretatus, quasi poeta octoginta annos natus hanc artem repperisset, edolavit hoc distichon. Ceterum Kaibel ep. 147 egregium et poeta dignum existimat, neque in ep. 145 animadvertit. — V. 1. *μνήμην* vulgo, *μνήμῃ ΓΘ*. — *ἰσοφαρίζειν*, *Θ ἰσοφερίζειν*. — V. 2. *Γ ὀγδωκονταέτη*. — *Λεωπρέπεος* scripsi, v. *Λεωπρεπέος*. Nominum propriorum, quae praeterea adiectivi vice funguntur, velut *Εὐπρεπής*, al., diversa est ratio.

Epigr. 147. Max. Plan. Walz. V 543: *Οὗτος* (*ὁ Σιμωνίδης*) *πάσης ἐπιστήμων ποιητικῆς καὶ μουσικῆς ὑπῆρχεν, ὡς ἐκ νεότητος ἄχρι γήρως ἐν τοῖς ἀγῶσι νικᾷ· ὡς καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ. Ἦρχεν κτλ.* et Tzetz. in Cram. An. Ox. III 353, 4. — V. 5 et 6 Plutarch. an seni sit resp. ger. c. 3 affert. Resp. Val. Max. VIII 7, 13. — V. 1. *Ἀδείμαντος μὲν* Tzetz., *μὲν Ἀδείμαντος* Plan. — V. 2. Tzetz. *φυλὴ Ἀντιοχίς*. — V. 3. Resp. Plut. vit. Alcib. c. 1. — *δὲ τόθ'* scripsi, vulgo *δέ τις*, Hemsterhusius *δέ τοι*, Hecker et Schneidewin *δ' ἐῦς* quod omnino est repudiandum. — V. 5. *διδασκαλίῃ* Plut. Tzetz., *διδασκαλίᾳ* Plan. — V. 6. Tzetz. et nonulli libri Plau. *ὀγδοηκονταέτει*. — *Λεωπρέπεος* Tzetz., vulgo *Λεωπρεπέος*.

Epigr. 148. Anth. Pal. XIII 28: ab eadem omnia manu *Καλλιμα*$^{\chi}$ *ἐνιτωαυτ̃ Δ́ μετρ̃ιάσυλλ*^{α}. *Βακχυλίδου ἢ Σιμωνίδου. τωυαυτ̃ Δ́ μέτρωτετράμετρ̀ ὅμοὶ τω ἐί μοι γένοιτο παρθεν*^{ο} *καλή τε καὶ τέρεινα μιᾶι δὲ μὸν συλλ*^{α} *πλεοναζ̀ ἐπιτ Δ́ οὐκ ἔχει ἰαμβον ἀλλ' ἀνάπαιστον.* Simonidi tribuere videtur Steph. Byz. s. v. *Ἀκαμάντιον· ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης.* Sed etiam si receptum fuit poematium in antiquas editiones Simonideorum carminum, non tamen per omnia his auctoribus obtemperandum, ac fortasse iam veteres grammatici ambigebant, utrum Bacchylidis an Simonidis esset, quorsum lemma istud videtur spectare. Simonides, qui subtiliter quid deceat ubique perpendere solitus erat, argumento leviusculo non tam splendidum ornatum orationis adhibiturus erat, neque credibile est, eum alius poetae victoriam praeconio ornavisse: itaque abrogandum censeo epigramma Simonidi, sed Bacchylidi cur abiudicemus nihil est causae: nam antiquum esse in aperto est. Callimacho tribuunt vulgo huius poetae editores propter inscriptionem cod. P, sed ab Alexandrinorum saeculi indole et institutis plane abhorret, atque lemma suspicionem istam plane redar-

148. [205.]

Πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις
αἳ Διονυσιάδες, μίτραισι δὲ καὶ ῥόδων ἀώτοις
σοφῶν ἀοιδῶν ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν,
. . . . . .
. . . . . .
οἳ τόνδε τρίποδα σφίσι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
ἔθηκαν· κείνους δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας.
εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὅπα Δωρίοις Ἀρίστων

guit, testatur enim Callimachi epigramma, in quo asynartetum Archilochium excepit hendecasyllabus, vel numerorum diversitate diremtum fuisse ab hoc poematio, cuius numeros librarius explicans perperam sane neglecta syllabarum mensura ad tetrametrum iamb. catal. revocat, quem errorem postea alius animadvertit et subiecit *μιᾷ δὲ μόνον κτλ.* Servata igitur sunt lemmata duorum carminum; Callimachi epigramma intercidit, sed extat etiamnunc, ut Hecker vidit, Anth. P. VII 728. Hartung denique confidentur, ut assolet, tam Simonidi, quam ceteris abiudicat et *Antigeni* tribuit propter v. 6. Ac sane poetae, qui victoriam reportavit, erat donarium versibus suis ornare, sed fortasse Antigenes ante quam donarium dedicatum aut diem supremum obiit aut Athenis relictis alio se contulit, itaque Bacchylides amicorum rogatu poematium composuit. Dixerunt de hoc epigrammate Hecker II 149 seq. Meineke Philol. XVI 157 et ad Callim. p. 300, O. Schneider Call. I 105 et 451 seq. — V. 1. *δὴ* Ernesti, cod. *δι.* — V. 2. *ἀνωλόλυξαν* Ernesti, cod. *ἀνώλουξαν.* — V. 4. Distichon post h. v. haud dubie intercidit, ut etiam Hecker vidit: nullo enim modo *οἳ* v. 5, ubi choreutae qui hanc victoriam reportaverunt intelliguntur, potest referri ad poetas (*σοφοὺς ἀοιδοὺς* v. 4), qui prioribus annis tribus Acamantidis cantoribus victoriae honorem pepererunt: aperte autem dicendum erat, tribules ut olim saepius ita nunc quoque praemio dignos habitos esse: sed quod Hecker praeter archontis nomen etiam poetae memoriam desiderat, errat: poterat in disticho, quod intercidit, archon memorari, non item poeta, cuius nomen infra v. 6 plane legitur. Frustra O. Schneider nihil desiderari contendit, ratus *ἀνωλόλυξαν* plusquamperfecti loco esse, *ἐσκίασαν* aoristi vim retinere, omnemque offensionem sibi videtur removisse *τελείαν στιγμὴν* ponendo post *αἳ Διονυσιάδες* et corrigendo *αἳ σκίασαν*, quae correctio procul est habenda. — V. 5. *Βακχίων* Bentley, cod. *βακχείων.* — V. 6. *ἔθηκαν· κείνους* cod., *θήκαντο· κείνους* Bentley, *θήκαντο· Κεῖος* Schneidewin, *θῆκαν· Κικυννεὺς* ego olim conieci. Meineke cum antea *Βακχίων ἔθηκαν Ἀέθλων· ἐκείνους* proposuisset, postea *ἔθηκαν· εὖ τοὺς δ'* scripsit. O. Schneider *θήκαντο· κεῖνος δ'* suasit. Sed ne nomen quidem poetae labis expers videtur esse; itaque suspicatus sum *ἔθεντο· Κῷος δ' Ἀμφιμένης ἐδίδασκεν ἄνδρας* scribendum esse, adhibito Diog. L. II 36 qui Aristotele auctore scribit *Πινδάρῳ ἐφιλονείκει Ἀμφιμένης ὁ Κῷος.* contra Hecker in illo Diogenis loco *Ἀντιγένης ὁ Κεῖος* vel certe *Ἀμφιμένης ὁ Κεῖος* restituendum esse censet. — V. 7. *ἐτιθηνεῖτο* Salmasius, cod. *ἐτίθην εἰ τὸ.* — *Δωρίοις*, quod dubitanter olim proposui *Δωριεὺς* dudum abieci, Schneider perperam *Κοδρίδαις* commendat. Ego praeterea etiam principia distichorum

Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς·
τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος,
Στρούθωνος υἱός, ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς,
αἳ οἱ ἐπ' ἀνθρώπους ὄνομα κλυτὸν ἀγλαάν τε νίκαν
θῆκαν, ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν.

149. [206.]

Γνῶθι Θεόγνητον προσιδὼν τὸν Ὀλυμπιονίκαν
παῖδα, παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον, 1176
κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μορφῆς,
ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν.

permutanda existimavi *τῶν ἐτιθηνεῖτο* et *εὖ δ' ἐχορήγησεν*. — V. 8. *καθαροῖς*, Meineke *καθαρῶς*. — V. 9. *κύκλον* Anna Fabri, cod. *κύκλων*. Insolens structura verbi *χορηγεῖν*, cuius alterum exemplum non repperi. — V. 10. *Στρούθωνος* Ernesti, cod. *στρούθονος*, et deinde *φωρηθεὶς* et v. 11 *ὄνομαν' αὐτὸν*, quae correxit Ernesti. — *ἅρμασιν*, male Hecker *ἀγκάσιν*, idem v. 11 *ὀνομάκλυτον* requirit. — V. 11 et 12 iniuria pro subditiciis habet Schneidewin. — V. 12. *θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν* codex; cum huius versus numeri prorsus a reliquis recedant, Neue coni. *Μοισᾶν ἕκατι θῆκαν ἰοστεφάνων θεάων*, Mehlhorn *ἕκατι Μοισᾶν θ. ἰ. θεάων*, Iacobs *Μοισᾶν θεάων θ. ἰ. ἕκατι*, Hartung *θῆκαν, θεᾶν ἰοστεφάνων τε ἕκατι Μοισᾶν*, Meineke, cui etiam *θεᾶν* inficetum et supervacaneum videtur, *Ὥρᾶν ἕκατι θῆκαν ἰοστεφάνων τε Μοισᾶν*, denique O. Schneider *θῆκαν, θεᾶν ἰοστεφάνων ἰόκατι Μοισᾶν*. Mihi nihil mutandum videtur, versus est hexameter logaoedicus ut priores, nisi quod bini dactyli hic inchoant versum, illic medium locum obtinent: consulto hoc variavit opinor poeta in carmine novissimo, quemadmodum hoc disticho etiam dorica dialecto sermonem temperavit. Sed cum ceteris versibus anacrusis sit praemissa, nescio an hic quoque scribendum sit:

ἔθηκαν, ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν.

Epigr. 149. Anth. Plan. 2: *Σιμωνίδου*. — V. 1. *Θεόγνητον* Schneidewin corr. ex Paus. VI 9, 1: *Θεογνήτῳ δὲ Λιγινήτῃ πάλης μὲν στέφανον λαβεῖν ὑπῆρξεν ἐν παισίν· τὸν δὲ ἀνδριάντα οἱ Πτόλιχος ἐποίησεν Λιγινήτης*. cf. Pind. Pyth. VIII 35. legebatur *Θεόκριτον*. — V. 2. *ἡνίοχον*, Schneidewin *ἀνίοχον*. — V. 3. *μορφῆς*, Brunck *μορφᾶς*. — V. 4. *πόλιν*, malim *δόμον* vel *πάτραν* i. e. *φρατρίαν*.

Epigr. 150. Anth. Pal. VI 144: A *Ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρὰ Λεωκράτους· τοῦ αὐτοῦ* (id est *Ἀνακρέοντος*) et ante hoc epigramma sex versus vacui, sed infra post VI 213 inter *Simonidis* epigrammata exhibetur (lemma idem A *ἀνάθημα τωι ἑρμη παρὰ λεωκράτου τοῦ αὐτοῦ*), quod firmatur eo, quod priore loco ante hoc epigr. lacuna est, ubi corr. *οὐ λείπει ὡς οἶμαι οὐδὲ ἐνταῦθα*, ut verisimile sit Anacreontea inde a 134 usque ad 143 continuari, tum 144 alius poetae subsequi epigramma, nam 145 tam ab Anacreonte quam a Simonide alienum, quamvis *τοῦ αὐτοῦ* inscriptum. Atqui altero loco intersertum legitur germanis Simonidis epigrammatis. Ac Simonidis esse poematium etiam Leocratis nomen fidem facit, qui bello Medico altero et post rebus publicis interfuit, neque a gymnicorum certaminum studio alienus et Simonide ut videtur familiariter usus, siquidem poeta in eius honorem

150. [207.]

Στροίβου παῖ, τόδ' ἄγαλμα, Λεώκρατες, εὖτ' ἀνέθηκας
Ἑρμῇ, καλλικόμους οὐκ ἔλαθες Χάριτας,
οὐδ' Ἀκαδήμειαν πολυγαθέα, τῆς ἐν ἀγοστῷ
σὴν εὐεργεσίην τῷ προσιόντι λέγω.

151. [208.]

Πατρίδα κυδαίνων ἱερὴν πόλιν Ὦπις Ἀθήνης,
τέκνον μελαίνης γῆς, χαρίεντας αὐλούς
τούσδε σὺν Ἡφαίστῳ τελέσας ἀνέθηκ' Ἀφροδίτῃ,
καλοῦ δαμασθεὶς ἱμέρῳ Βρύσωνος.

152. [210.]

Πατρὶς μὲν Κόρκυρα, Φίλων δ' ὄνομ', εἰμὶ δὲ Γλαύκου
υἱὸς καὶ νικῶ πὺξ δύ' ὀλυμπιάδας.

epinicium scripsit, vid. Quintil. XI 2, 14; neque moratur h. ep. v. 3 *Ἀκαδήμειαν πολυγαθέα*, cuius loci amoenitatem licuit haud dubie collaudare, quamvis nondum Cimon gymnasii decori curam impenderit. Lolling (Mittheil. d. Arch. Inst. z. Athen V 253) epigramma tam Simonidi quam Anacreonti abrogat. — V. 1. *Στροίβου* Schneider ex Thucyd. I 105, cod. *Στοίβου* et *Στρόμβου*. — V. 3. *Ἀκαδήμειαν*, *Ἀκαδημείαν* cod. Pal., *Ἀκαδημίαν* Suidas v. *ἀγοστῷ*. — *πολυγαθέα* Anth. et Suid., *πολυγηθέα* Schneidewin. — V. 4. *εὐεργεσίην* cod. Pal. priore loco, altero *εὐεργεσίαν* a m. pr.

Epigr. 151. Anth. Pal. XIII 20: ab eadem m. *Σιμωνίδου*. *ἐπὶ*
χ
ἑξαμέτρω ἐναλλὰξ τότε κωμικ' τετράμετρ' δύο συλλαβαῖς λεῖπ' καὶ τὸαρ λοχεὶ σκάζον τρίμετρ'. — V. 1. *Ὦπις* scripsi, cod. *ωπις*, Iacobs *Ὦλπις*, Schneidewin *Ὄλπις*. — *Ἀθήνης* scripsi, sive *Ἀθηνᾶς* malis, cod. *αθανᾶς*, *Ἀθάνας* Schneidewin, idem *ἱερὰν* pro *ἱερὴν* scripsit. — V. 2. Hartung *τέκνον Μελαίνης καὶ Χάρητος, αὐλούς*. Ac sane *χαρίεντας* numero versus adversatur: librarius videtur versum syllaba auctiorem legisse, velut *χαριτόεντας*, ac iustus restituitur numerus, si *τέκνον μέλαν γῆς χαριτόεντας αὐλοὺς* scripseris, sed nescio an potius scribendum sit:

Πατρίδα κυδαίνων ἱερὴν πόλιν Ὠπίας Ἀθήνης,
τέκνον μελαίνης γῆς, Χάρισσιν αὐλούς
τούςδε σὺν Ἡφαίστῳ τελέσας ἀνέθηκε κἀφροδίτῃ,
καλοῦ δαμασθεὶς ἱμέρῳ Βρύσωνος.

Χάρισσιν etiam Pindarus adhibuit Nem. IV 54. — Carmen, quo iure Simonidi sit adscriptum, fortasse aliquis ambigat; possis suspicari a Mnasalca vel alio eiusdem saeculi poeta esse compositum.

Epigr. 152. Paus. VI 9, 9.: *Παρὰ δὲ τοῦ Γέλωνος τὸ ἅρμα ἀνάκειται Φίλων, τέχνη τοῦ Αἰγινήτου Γλαυκίου· τούτῳ τῷ Φίλωνι Σιμωνίδης ὁ Λεωπρεποῦς ἐλεγεῖον δεξιώτατον ἐποίησε· Πατρὶς κτλ.* — V. 2. *νικῶ* Sylburg et sic CSBPcdVbAgLa, *νικᾶ* LbMVa, vulgo *νίκη*, unde olim *νίκην* conieci.

153. [211.] 1177

Ἰσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα
ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

154. [212.]

Εἰπὸν τίς, τίνος ἐσσί, τίνος πατρίδος, τί δ' ἐνίκης;
Κασμύλος, Εὐαγόρου, Πύθια πύξ, Ῥόδιος.

155. [213.]

Ἄνθηκεν τόδ' ἄγαλμα Κορίνθιος ὅσπερ ἐνίκα
ἐν Δελφοῖς ποσὶ Νικολάδας,
καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε πέντ' ἐπ' ἀέθλοις
ἑξῆς ἀμφιφορεῖς ἐλαίου·
ὁ Ἰσθμῷ δ' ἐν ζαθέᾳ τρὶς ἐπισχερὼ οὐδ' ἐγένοντο
ἀκτίνων τομίδων ποταθμοί·

Epigr. 153. Anth. Plan. 8: τοῦ αὐτοῦ (*Σιμωνίδου*).

Epigr. 154. Anth. Plan. 23: *Σιμωνίδου*. — V. 1. *εἰπὸν*, Ursinus *εἶπον*. — *τί δ' ἐνίκης* scripsi, vulgo *τί δὲ νικῇς*, Ursinus *νικᾷς*. — V. 2. *Κασμύλος* Iacobs, vulgo *Κάσμυλος*.

Epigr. 155. Anth. Pal. XIII. 19, ab eadem m. *Σιμωνίδου. ἐπι ἑξαμέτρῳ ἐννεασύλλαβ'*. — V. 1. *ἐνίκα*, cod. P *ἐννίκαι*. — V. 2. *ποσὶ* correxi, nam plane dicendum erat, quo certamine Nicoladas Pythiam victoriam nactus sit, *ποτε*, quod cod. Pal. exhibet, prorsus otiosum et a Simonidis arte abhorret. Schneidewin *ποκα*. — *Νικολάδας* Schneidewin, v. *Νικολάδας*, cf. Corp. Inscr. Gr. I 1534 *Νικολαΐδα*, 1689 *Μνασιλαΐδα*, et ad eundem modum *Ἀγελάδας*, *Λάδας* al. scribenda sunt. — V. 3. P *ἐπαέθλοις*. — V. 4. *ἑξῆς* Salmasius, cod. P *ἑξήκοντα*. Sed dubito de hac coniectura, nam tum *πέντε* ad numerum victoriarum referendum, ut iam *ἐπ' ἀέθλοις* langueat. Itaque olim conieci *ἓξ ἢδ' ἀμφιφορεῖς*, sed *ἠδέ*, quod in melicis carminibus admisit hic poeta, epigrammatis vindicare non iam audeo. Mihi videtur Simonides numerum victoriarum, quas quinquertio Panathenaeis adeptus est, ita notavisse, ut diceret, quot amphoras ex his certaminibus victor detulerit. Neque enim singulae singulis victoribus propositae erant amphorae, sed complures: variabat numerus pro certaminum amplitudine; qui in equestribus certaminibus vicissent, plurimas auferebant, ut tituli Attici testantur; ludorum gymnicorum minor erat existimatio; item victores secundarum partium posthabiti sunt iis, qui primas tulerunt. E cod. scriptura *ἑξήκοντα* elicias *ἓξ τρὶς* vel *ἓξ δὶς*, ut poeta in prima sede hendecasyllabi trochaeum pro spondeo semel admiserit, aut si traiectionem hanc improbaveris (usus est etiam alias, vid. ep. 159), *τρὶς ἓξ* sive *δὶς ἓξ* iambo principem locum obtinente. Qui instituta artis gymnicae norant, poterant opinor vel sic adsequi, quot victoriae contigissent Nicoladae. — V. 5. *ζαθέᾳ* (cod. P *ἐγζαθέαι*), Brunck *ζαθέῳ*. — V. 5 et 6 nondum persanati, Iacobs coniecit *ἀλλ' ἐγένοντο ἀκτῇ Ποντομέδοντος ἄθλα*, Pflugk *οἶδεν ἑλόντα* (Meineke *οἶδ' ἀνέλοντα*) *Ἀκτὰ Ποντομέδοντος ἆθλα* (Hermann *ἆθλον*), quae a Simonidis arte abhorrent, poeta enim brevitatis studiosus segregare solet inanem verborum

καὶ Νεμέᾳ τρὶς ἐνίκησεν, καὶ τετράκις ἄλλα
Πελλάνᾳ, δύο δ' ἐν Λυκαίῳ,
καὶ Τεγέᾳ καὶ ἐν Αἰγίνᾳ κρατερᾷ τ' Ἐπιδαύρῳ
καὶ Θήβαις Μεγάρων τε δάμῳ·
ἓν δὲ Φλιοῦντι σταδίῳ τά τε πέντε κρατήσας
